

a purgatorio⁴⁰. Istud ergo Sathan considerans, maxime nititur extingwere euwangelizacionem Verbi Dei que militantem Ecclesiam disponit, et multum suffragium procurat⁴¹, et, sophisticans tam sacerdotes quam simplices, ducit utrosque in caribdim, clericos in avariciam per vendicionem XXX missarum de requiem, et laycos in presuntuosam confidenciam et emcionem symoniacam earundem. Jam enim in illis comittitur taxa sicut in vaccis dum emuntur. 250

Sic enim scit astutus hostis animarum fascinare homines ut, via premissa ad vitam securissimam, incumbant super dubio⁴². Quis enim scit quem XXX misse a purgatorio liberaverunt?⁴³ 255

IV, 4. Non enim est certitudo evidens de monacho nomine Iustus quem Gregorius post mortem precepit in sterquilinio sepeliri propter tres aureos quos oculte habuit⁴⁴. De quo monacho frater suus germanus nomine Copiosus postea narravit Gregorio quod post XXX dies nocte apparuit per visionem dicens: „Usque huc male fui, sed iam modo bene sum”⁴⁵, ut narrat Gregorius in IIII^o dyalogorum. Ecce solum in apparenti visione nocturnali ipsius monachi liberacio ipsius fratris qui dicebatur Iustus est Gregorio promulgata. Potuit enim illa aparicio fuisse ficta, a dyabolo in futuram multorum decepcionem introducta, vel eciam potuit frater dicere hec, volens confusionem fratris germani et propriam palliare⁴⁶, ideo non facit fidem⁴⁷. 260 D 24 v 265

IV, 5. Sed diceret sacerdos: ecce venit ad me homo petens ut triginta requiem sine interrupcione triginta dierum compleam; quid ergo faciam? Si pius es, dicens: O homo, ego nescio si tribus horis vivam. Si autem triginta diebus continuis vivam sanus in corpore, quis scit si Deus me conservabit a crimine et si dabit ad missandum gratiam et devotam mentem et sinceram contricionem? Et si ista pius Christus donaverit, o homo, eciam si non peteres, debeo humiliter tunc secundum legem Dei missare. Sed istam responsionem non addiscet Scarioth, sed potius questionem faciet, dicens aprecianti (*Mat. XXVI, 15*): Quid vis mihi dare? Et ego eum tibi tradam, scilicet Christum in sacrificio. Nec recogitat quod antequam veniant dies 30 potest crepere medius et diffundere omnia viscera (*Act. I, 18*). Et quis tunc solvet triginta argenteos pro quibus se ad XXX missarum ministerium obligavit? Nec solum ad XXX se Scarioth obligat, sed ad tot, quod si trecentis annis viveret, obligacionis numerum non impleret, et 270 G 39 r 275 280 M 149 v

248 militantem (*sec. Hus*) ipsam *D M* ecclesiam] essenciam *M* disponit] prestat *M*] prestans *D* 254 Sic] et *D* 255 securissimam *D M sec. Hus*] securissima *G* 256 liberaverunt] liberaverint *D* 260 narravit] narrabit *D* quod post (*sec. Hus*)] quomodo post *D M* apparuit per visionem] per visionem apparuit (*sec. Hus*) *D M* 261 usque huc] hucusque (*sec. Hus*) *D M* bene sum (*sec. Hus*)] sum bene *D* 264 Gregorio] beato Gregorio (*sec. Hus*) *D M* 265 decepcionem (*sec. Hus*)] dampnacionem *M* 268 Sed diceret] sed dicit (*sec. Hus*) 277 recogitat *emend. sec. Hus D M*] rogitat *G* 278 omnia viscera (*sec. Hus*)] omnia sua viscera *D* 280 ministerium (*sec. Hus*)] ministeria *D* obligavit (*sec. Hus*)] ab ligaverit *D*

sic, quis pro eo officabit?⁴⁸ O utinam nos sacerdotes talia acciperemus in cor⁴⁹, tunc non XXX missas propter pecuniam sed cottidianas propter vitam eternam, spernentes mundum et sic mundi pecuniam, in purgacionem omnium fidelium missaremus, denique non paccio symoniaca nos percuteret, non una vetula per unum grossum nos corrumperet, non requiem propter offertorium nos moveret, doceret autem nos caritas et mentis sinceritas annunciare populo quod quelibet missa que agitur tantum cuilibet proficit quantum meruit⁵⁰ et se disposuit; de quo vide ut dictum est supra de Communionem Sanctorum⁵¹, et post Crisostomum et Augustinum de tristega domo circa finem⁵².

IV, 6. Et quid sit differentia sacramentorum veterum et novorum patet IIII^o Sententiarum di. I per Augustinum dicentem quod „illa promittebant tantum et significabant, ut fuerunt sacrificia et oblationes et huiusmodi, hec autem dant salutem”⁵³. Super quo dicit Hugo de S. Victore quod „habent effectum quantum ad cognicionem peccati nostra sacramenta et delecionem culpe et collacionem gracie, et facere declinare a malo et iuvando in bono”. Carencia enim visionis Dei, que est pena peccati, deletur per baptismum, que non deletur per circumcisionem⁵⁴. Ideo dicitur Iohannis primo [*Joan.* I, 17]: „Lex per Moysen data est, gracia autem et veritas per Ihesum Christum facta est”.

IV, 7. Et rursum M. inquit:

— Nunc plane obstruitur tibi os tuum per illud quod ascribitur Gregorio dicenti. „O quam mirificum donum de Dei misericordia quod nunquam celebratur missa quin ibi concurrant duo opera, unius peccatoris conversio et ad minus unius anime redemcio de purgatorio”⁵⁵.

Ad quod V. respondet:

— „Qui de terra est, de terra est, et de terra loquitur” Iohannis III^o [*Joan.* III, 31]. Expectavi enim audire testimonium „legis Domini immaculate convertens animas, testimonium Domini fidele sapienciam prestans parvulis” [*Ps.* XVIII, 8]; et tu rursum „verba hominum multiplicas” [*cf. Eccle.* X, 14]. | Possum enim ex consimili faretra per dictum humanum et tamen ornate, modo loquendi mutato, tibi respondere, scilicet illud quod ascribunt Fridanco: „Glocken clank, phaffen sank, requiem, und: phey fuer ist den phaffen cyn gut ghescewr”⁵⁶. Sed de isto tacere volo cum plane constat quod istud mendacium per te allegatum recipitur in Libello mendacii qui intitulatur Stella clericorum⁵⁷, in quo allegatur Gregorius sine titulo.

282 officabit] officiat (*sec. Hus*) D M acciperemus] acceperimus M 283 in cor] cordi D M 286 Vetula] vatula D 287 doceret] docet D 293 dicentem quod] dicens quia M 296 peccati] peccata M 298 iuvando] iuvandum M 303 obstruitur tibi] tibi obstruitur D 308 de terra est *om.* D M (*in M scriptum et deletum*) 313 ornate] ornato D M 314 glocken clank... ghescewr] requiem und fegefewr machet den phaffen cin gut gescewer (phaffen cin gut *in margine*) D] Requiem und fegefewr ist den phaphin cyn gat gesceuer M 315 de isto tacere] tacere de isto D M 316 istud *emend. sec. Hus* D] iste G] istum M per te] pro parte M

Convincitur autem illud mendacium primo exinde quod nullibi in lege Domini habet fundamentum. Secundo exinde, quod dum Christus in cena sua corpus suum in sacramento dedit discipulis, non tunc aliquam animam de purgatorio eduxit, cum tamen ipse sit supremus Episcopus missam instituens. Tercio convincitur illud mendacium ex hoc, quod multi sacerdotes more Scarioth missas officiant, dum sunt in luxurie vel avaricie, symonie sive consimili crimine, qui tunc sibi iudicium missant et manducant. Prima Corinthiorum XI^o [*I Cor. XI, 20*]. In quos eciam intrat sicut in Judam Sathanas, ut sint pertinaces Domini proditores. Quomodo ergo quilibet eorum obtinet, ut minime unus peccator convertatur et una minime a penis purgatorii anima liberetur? Habent pro se illud Malach. III^o: „Non est mihi voluntas in vobis” [*Mala. I, 10*]⁵⁸.

IV, 8. Cui ergo credendum est? Deo, vel ipsorum mendacio, qui illudunt simplices et nocent ecclesie, damnificantes semetipsos?⁵⁹ Quomodo ergo missa tam perniciosi Scarioth peccatorem convertit?⁶⁰ Cum dicit Glossa super isto: „reus erit corporis et sanguinis Domini” Corinthiorum ubi supra [*I Cor. XI, 27*], id est „ac si Christum occideret, punietur”, quia sumi debet ab existenti mundo a crimine et in pura devocione. Hoc enim sonat verbum apostolicum [*I Cor. XI, 28*]: „Probet seipsum homo”, conscienciam suam discuciens, et sic, scilicet mundus a crimine et in devocione „de pane illo edat et de calice bibat”⁶¹. Sic non fecit avarus Scarioth et ideo „crepuit medius” [*Act. I, 18*], cibum recepit et animam perdidit propriam et nullam aliam meritorie liberavit. Quod ergo meritum similis Scarioth a Domino obtinebit? Utinam non perderet animam propriam et aliis non noceret!⁶² Bonum ergo esset, quod nos sacerdotes, dimittendo fastum, questum vile, mendacium et dubium, missarem in spiritu humili et predicarem certam veritatem populo, ut bene viveret et non tantum confideret, vivendo turpiter, quod eum missa eciam sacerdotis pessimi converteret vel a purgatorio, ut dicitur, liberaret⁶³. Si ergo vult sacerdos missam magnificare, sit magnus in sancto corpore et non ascribens beato Gregorio mendacium dicat cum Gregorio in III^o dyalogorum in capitulo De virtute et misterio hostie salutaris: „pensemus, quale sit pro nobis sacrificium hoc, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti Filii Dei semper imitatur. Quis

319 quod nullibi] prout nullibi *M* 321 supremus (*sec. Hus*)] summus *D* 323 luxurie ... sibi iudicium missant] luxurie ... iudicium sibi missant *D M*] luxurie vel avaricie crimine qui tunc in iudicium sibi missant *sec. Hus* 328 illud Malach.] illud testimonium Malach. *Hus* 329 in vobis *emend. sec. Vulg. D M*] in eis *G* 331 simplices] simplicibus *D M sec. Hus* 332 tam perniciosi (*sec. Hus*)] tantum perniciosi *D* Scarioth peccatorem] Scarioth h (= hunc?) peccatorem *M* convertit *emend. sec. Hus D M*] convertat *G* 336 probet] provenit *D* 339 medius] medio *D*] medium *M*] 343 certam (*sec. Hus*)] rectam *M* 345 converteret] convertet *Hus*] converterat *M*] ut dicitur, liberaret] liberabit *Hus* 347 in sancto corpore] in sancto opere *Hus* 348 cum Gregorio] cum ipso beato Gregorio *Hus*] cum ipso *D M* 349 salutaris (*sec. Hus*)] salutaris *etc. D*] salvatoris et sic *M* 350 imitatur] immittat *D*

enim fidelium dubium habere possit in ipsa ymolacionis hora ad vocem sacerdotis celos apperiri, in illo Ihesu Christi Domini misterio angelorum choros adesse et cetera". Ecce, ista dicas Gregorii verba tu, sacerdos, sed nec iterum adiungas mendacia. Non enim tibi, si malus fueris, in missa obsequuntur et asistent angeli, sed demonum chori. Memento quia intravit in Judam Sathanas cum sacramento⁶⁴.

Sed si obicit Scarioth, volens suam missam extollere, quod tam bona est missa sacerdotis mali, quam bona est sacerdotis optimi, ergo quantum bona, id est prima proderit, tantum et reliqua⁶⁵, de isto vide in Punctis, ubi dictum est quare Canones prohibent missas Hereticorum, Symoniacorum, Scismaticorum et Fornicatoriorum; et ibi ante dictum est de talium confectione et vitacione, post Ciprianum et alios doctores⁶⁶, et cetera.

IV, 9. Hec audiens M., perterritus et quasi reassumpto spiritu, dixit: — O hec est materia odiosa! Supponamus igitur digitum ori nostro, et non plus sapiamus quam oportet. Hec enim, inquam, sunt inconstituta et a populo inaudita, sed revertamur ad propositum et initum certamen.

Jam enim incipiam proponere autoritates quas evadere non vales. Et primo, id quod dicitur Appok. V^o⁶⁷ [Apo. V, 2, 9, 12, 13], quod postquam inventus erat Agnus occisus, qui dignus fuit apperire librum, omnem creaturam que in celo est, que super terram et sub terra et in mari et que in eo sunt, hos omnes Johannes audivit laudare et glorificare Deum, et cetera ut ibi in fine. Modo per illud quod dicitur „sub terra” aut intelliguntur illi qui sunt in inferno, aut illi qui sunt in purgatorio. Non primi, quia illi qui sunt in inferno sunt in continua blasfemia contra Deum, unde Psalmista [Ps. CXIII, 17] „Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum”. Igitur illi in purgatorio intelliguntur per illud quod dicitur „sub terra”.

Ad quod, quia piarum mencium est ibi timere culpam ubi culpa minime reperitur, timens ipse V. ne excessisset in priori responsione, consultum habuit super isto Bernardum ad Eugenium papam sic consulentem: „Nemo indignetur nobis, aut moleste accipiat que dicuntur. Si est sanctus et minime conscius horum congratulamur ei, doleat et ipse nobiscum in pluribus inveniri, nec enim revelavimus nunc occulta dedecoris nec aduc parietem fodivimus ut abhominacio maior appareat”. Et sequitur: „Sed nec eorum sacrificia recensemus, qui diligunt munera, sequuntur retribuciones,

351 hora emend. sec. Hus] hostia G D M 354 in missa obsequuntur (in missa add. sec. Hus D M)] obsequuntur G intravit in Judam] in Judam intravit sec. Hus D M 357 missam] missacionem D M sec. Hus 359 bona, id est prima om. D M sec. Hus 360 prohibent] specialiter prohibent D 362 doctores et cetera] doctores D M 363 spiritu] spiritu sancto M 364 est materia] materia D 365 sapiamus] sapere D M enim] enimque D 373 quia] nam D M 378 Ad quod quia] ad quia D ubi] ubi cum D 380 Bernardum emend. sec. interl. G] Bernardus G D M consulentem] consulens D M 381 est sanctus] sanctus est D M 383 revelavimus] revelaverimus M dedecoris] de ceteris M

vendunt sacramenta, iusticiam produnt, quorum guttur nec dum traxit ad laqueum nec prefocavit fauces verbum blasphemie| vox sacrilega, sermo nequam: Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam? [*Mat. XXVI, 15*]: Videmus hec omnia, manifesta loquimur et que vix aliqui erubescant, et cetera", ut Bernhardus ibi⁶⁸.

G 40 v

IV, 10. Isto consilio e dicto Bernhardi consolatus ibi V., et dicto Appostoli quo dicitur: „Peccantem publice coram omnibus argue” [*I Tim. V, 20*], et dicto Augustini Sermone XIII^o De verbis Domini super Mat. [*Mat. XVIII, 15*] inquentis⁶⁹: „Si peccatum in secreto est, corripere in secreto; si peccatum publicum est, publice corripere, [ut et iste emendetur et ceteri timeant], hec Augustinus, contentabatur V. bene de priori responsione.

390

Dans se ad presentem, ne ex propriis loquatur quia qui ex propriis loquitur mendax invenitur, secundum Dyonisium⁷⁰, capit V. pro se Haymonem super Appok. ubi supra [*Apoc. V, 12, 13*] sic loquentem⁷¹: „Dignus est accipere” „omnem creaturam, que in celo est, ut sunt Angeli, et que super terram, id est Homines, et que subtus terram ut Demones”. Ad hoc Appok. primo [*Apoc. I, 18 b*]: „Habeo claves mortis et inferni, id est, super infernum ut vos detineat, et super dyabolum et membra eius quos in carcere perpetuo claudam, et cetera”. Et sic patet quod per hoc quod dicitur sub terra, intelligit demones, nullam faciens mencionem de hiis qui in purgatorio dicuntur esse.

395 D 26 r

400

Cum autem dicitur: Quomodo ergo demones laudant Deum? Cum dicitur Appok. ubi supra [*Apoc. V, 13 b*] quod Johannes „omnes audivit dicentes sedenti in trono et Agno: Benediccio et honor et cetera”. Pro quo sciendum quod non semper in theologia locuciones universales et distributive tenentur proprie, sed aliquando improprie figurative, sicut patet Luce ultimo [*Luc. XXIV, 27*] ubi Christus, „incipiens a Moyse et omnibus prophetis, interpretabatur” duobus discipulis euntibus in Emaus „in omnibus scripturis”, „non quod omnes scripturas que de Christo sunt explicaret, secundum Liram ibidem, quia in tam brevi tempore non fieret, sed explicabat quantum sufficiebat ad propositum ostendendum. Et ideo liij omnibus non facit distributionem pro singulis generum, sed pro generibus| singulorum, sicut dicitur [*Gen. VII, 14*]: Omne animal fuit in archa Noe, quia de qualibet specie animalium fuerunt ibi aliqua individua. Sic Christus in proposito de Lege et Prophetis et Ayographis induxit aliqua testimonia”.
410
415
420

410

415

M 150 v

387 prefocavit] prefacavit D 388 vobis eum sec. Vulg.] eum vobis D M 389 erubescant] erubescunt D M 390 ut] et D 391 e dicto Bernhardi consolatus ibi] consolatus ipse D M 392 quo sec. M] quomodo G D 393 dicto Augustini] dictum Augustinus D M 394 inquentis] inquiens D M 395 publice corripere] corripere publice D 396 Hec Augustinus] hec ille D V. om. D M 397 dyonisium] doctorem interlin. G (et cassatum Dyonisium) 399 super emend. sec. D M] supra G loquentem] loquente M creaturam] araturam M 402 primo om. D habeo sec. Vulg.] habens D 404 Et sic patet] unde patet D] ut patet M sub terra emend. sec. D] super terram G M 407 Cum autem dicitur] Cum autem D 409 agno] ango D

Sic quod dicitur Mat. XV^o [*Mat.* XV, 17, 18]: „Omne quod intrat in os, in secessum emittitur”, secundum Liram est verbum per sinodochen, quia aliqua pars de omni quod intrat in os, in secessum emittitur, quia in omni cibo quantumcumque puro est aliquid impuritatis, et a natura expellitur tanquam superfluum, et aliquid retinetur quantum ad nutrimentum necessarium”. Sic suo modo cum dicitur in proposito: „Omnes laudant” [*Apoc.* V, 13], exponit Haymo⁷²: „Omnes, id est animalia, seniores et angelos audivi de rerum ordine quod laudabant | creatorem et cetera”. Et diligenter respicienti textum patet quod ad illum sensum loquitur quomodo animalia, angeli et seniores dixerunt „Agnum dignum esse accipere fortitudinem. Et omnem creaturam in celo, super terram et subtus terram” [*Apoc.* V, 12 – 13]. Et sequitur [*Apoc.* V, 13]: „Omnes audivi”, referendo ut supra est expositum. Sic exponunt Doctores illud quod dicitur Psalmo ultimo [*Ps.* CL, 6]: „Omnes spiritus laudet Dominum”, „id est spiritus angelicus et humanus”⁷³.

IV, 11. Est tamen insuper sciendum de duplici laude, sive reverencia a creaturis maxime racionabilibus exhibita creatori. Quidam cultus dicitur inneritorius, de quo Jacobi II^o [*Iac.* II, 19] dicitur: „Nam et demones credunt et contremiscunt”, dicit Lira: „timore penarum, et tamen hoc non valet eis ad salutem, quia non possunt agere opus meritorium”. Sic dicitur Philippenses II^o [*Phil.* II, 10]: „ut in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium, terrestrium et infernorum”, id est, secundum Liram: „ut omnes sibi exhibeant reverenciam, angeli, homines et demones”. Unde sequitur [*Phil.* II, 11]: „et omnis lingua confiteatur quia Dominus Ihesus Christus in gloria est Dei Patris”. Ecce dicit: „omnis lingua”, et ideo etiam demonum, nam „ipsum esse | Christum demones crediderunt”, ut dicitur III^o Sentenciarum, di. XXIII⁷⁴. Sic ergo intelligitur dictum Psalmi allegatum ex opposito [*Ps.* CXIII, 17]: „Non mortui laudabunt te”, scilicet meritorie, „quia sunt extra statum merendi”⁷⁵. „Sic dicitur Ysaie XXXVIII^o [*Is.* XXXVIII, 18]: „Quoniam non infernus confitebitur tibi neque mors laudabit te”, id est, „post mortem non habet locum confessio peccatorum, quia ad confessionem peccatorum meritoriam requiritur vita presens, et ad confessionem laudis requiritur vita gracie”⁷⁶, ut Lira ibidem. Unde alius dicitur cultus meritorius, quo neque „omnes qui descendunt in infernum laudabunt” [*Ps.* CXIII, 17], quia, secundum Liram, „si accipiatur

422 in secessum emend. sec. Vulg. D M] secessum G 425 nutrimentum] nutricionem sec. Liram necessarium] necessitatis D suo] tali D M 428 angelos] angelorum M] quod laudabant] laudare D] laudabant M] 429 respicienti] inspicienti D sensum add. sec. D M om. G loquitur] loqui M 430 dignum esse] esse dignum D] esse dignum esse M 431 fortitudinem] potestatem id est accipere fortitudinem etc. M 437 Quidam cultus dicitur] quid dicitur cultus D] quidam dies cultus M 439 dicit Lira] sic dicit Lira D 445 patris] patris etc. D M omnis lingua sec. Vulg. et M] omnis D 447 III^o] 3¹¹ D M ergo] igitur D 449 Sic dicitur Isaie] sicut dicitur Ysaie M 452 confessionem ... meritoriam] confessione ... meritoria M 453 Unde om. D M 454 alius dicitur] alius dies M 455 accipiatur] accipitur D] accipies M

pro inferno damnatorum, ibi non est Dei laus, sed magis blasphemia", quia „superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper" [Ps. LXXIII, 23]; „si autem de limbo patrum vel puerorum in originali peccato decedencium, iam sunt extra meriti statum". Ideo in eodem Psalmo „Qui laudant", subditur" [Ps. CXIII, 18]: „Sed nos qui vivimus, scilicet in vita presenti, benedicimus Domino, meritorie, quia status merendi durat usque ad mortem". Ideo deberemus esse valde cauti quemadmodum Appostolus prima Tesalonicensium V^o [I *Thes.* V, 4] reddit tesalonicenses cautos contra diem mortis, et, per consequens, contra diem iudicii finalis, quia secundum Damascenum, quod est hominibus mors, hoc est angelis casus, quia „lignum in quocumque | loco ceciderit, ibi erit [Eccle. XI, 3], ut supra dictum est; nam in illo statu quivis in iudicio presentabitur, in quo in morte invenitur, quia qualis in morte quis invenitur, scilicet iustus aut iniustus, talis in iudicio presentabitur. Cautela vero ad hoc est ut | homines semper sint preparati per bonam vitam ad recipiendam mortem. Hoc autem sit per hoc quod homo bene se habeat ad se ipsum, ad proximum et ad Deum, ad que secundum ordinem inducit Appostolus" ubi supra. Hec Lira ibidem⁷⁸ et super Psalmo preallegato⁷⁹.

Ecce plana Doctoris verba et bene fundata, pro tristega domo optime faciencia, quibus V., quantum ad presentem responsionem, bene contentabatur, et cetera.

IV, 12. Et rursus M., quia vidit quod „nihil profecit" [Joan. XII, 19], dat se ad illud quod scribitur Actuum II^o [Act. II, 22—24], assumens pro se verba Petri in tali forma: „Ihesum Nazarenum quem vos interemistis, hunc Deus suscitavit, solutis doloribus inferni". Ex hoc, dicit M., arguitur: — Aut Christus solvit seipsum vel alios. Non seipsum, quia „non est inventus dolus in ore eius" [I *Pet.* II, 22], igitur alios. Aut igitur solvit dolores eorum qui fuerunt in inferno vel eorum qui fuerunt in limbo. Non primum, quia Christus ibi non fuit, eciam inde neminem traxit. Nec secundum, quia ibi nullam penam sensus paciebantur, ymmo erant in magnis consolationibus, quia de Lazaro, qui fuit in limbo, dictum fuit diviti in inferno: „Ipse nunc consolatur, tu vero cruciaris" [Luc. XVI, 25]. Ergo oportet dicere quod solvit dolores eorum qui fuerunt in purgatorio, quia ante Christi passionem qui non sufficienter penituerunt ad purgatorium transierunt, et postquam erant purgati, transierunt ad limbum.

Hec audiens V. inquit:

— Ymmo Nicolaus de Lira dictum textum supra exponit de Christo et de

457 superbia eorum *sec. Vulg.*] superbia *D M* 458 peccato *emend. sec. D M*] peccati *G* 459 statum *emend. sec. D M*] statim *G* 461 merendi] meriti *D M* 462 Jdeo] in deo *D* 465 casus, quia lignum] casus *etc.*, lignum enim *D M* 467 quivis *om. D M* 470 per bonam vitam] ad bonam vitam *D M* 474 doctoris verba] verba doctoris *M* 475 contentabatur et cetera] contentatur *D M* 477 quia vidit] vidit *D* profecit] sroficiat *D* 480 arguitur] arguitur sic *D* 481 alios] aliorum *D* 492 dictum textum dupra] supra dictum textum *D M*

limbo, et non de purgatorio, sic: „Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni”, dicit „primum quantum ad Christum per se in eo quod non leserunt eum, ut dicitur Actuum ubi supra [Act. II, 27]: „Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corrupcionem”, et quantum ad patres sanctos quos inde absolvit; quamvis non sentirent ibi penam sensus, habebant tamen penam damni in quantum retardabantur a visione et fruicione Dei quod erat mentis afflictivum secundum illud Proverbiorum XIII^o [Prov. XIII, 12]: Spes que differtur, affligit animam”. Hec Lira⁸⁰. Ex quo patet quod non valet ratio: existentes in limbo consolabantur, ergo non affligebantur originaliter. De modo autem consolacionis ipsorum dicitur III^o Sentenciarum di. I, et est Beda super Ewangelio, quod tempore circumceisionis licet „regni celestis ianuam nondum intrare poterant, tamen in sinu Abrahe post mortem requie beata consolati superne pacis ingressum spe felici expectabant”⁸¹.

Unde secundum Doctores duplex ponitur sinus Abrahe, sicut dicit Bernhardus⁸²: „unus quem providerat Deus sanctis in inferno ante Christi passionem, quietis scilicet et refrigerii, quem locum obscurum [sed quietum Dominus sinum vocat in Ewangelio [Luc. XVI, 22], chaos magnum firmans [Luc. XVI, 26] inter animas sanctorum et impiorum. Licet enim utrique essent in tenebris, non tamen utrique erant in penis, sed hii cruciabantur, illi vero consolabantur”. Hic sinus non est modo, sed translatus in alium. Sinus enim Abrahe primo fuit in limbo, quia tunc ibi erat Abraham, sed modo est in celo, quia modo ibi est Abraham. In quo secundum Glossam⁸³ Psalmi: „Noli emulari in malignantibus” [Ps. XXXVI, I], „cum nondum esset missa hostia, Lazarus erat in spe ex toto, in parte in re, quia nec ignem materialem nec vermem consciencie corrodentem senciebat”. De quibus dicit Bernhardus⁸⁴: „Neminem oportet dubitare hunc sinum longe alium esse quam illum, cum ille in tenebris, hic in luce multa, ille in inferno, iste in celo”. „Potest eciam dici synus Abrahe sanctorum requies in presenti in quo recumbunt, venientes ab oriente et occidente cum Abraham Jsaac et Jacob”⁸⁵.

IV, 13. Et ne V. videatur ex arrogancia procedere sive „falcem mittere in messem alterius”, quia intendit M. concludere ex sua propria scriptura, ipsum alloquitur in hiis verbis:

— Maneat mihi reverencia tua salva et amicitia ab antiquo contenta.

493 sic] ut sic D M 494 ad Christum per se in eo quod non leserunt eum] ad ipsum eo quod eum non leserunt D] ad Christum per se ipsum eo quod eum non leserunt M 498 habebant om. D 499 afflictivum emend. sec. D M] afflictum G M 500 differtur sec. Vulg. D] defertur M 501 Hec Lira add. sec. D M om. G quod non valet ratio] quod non omnes D 502 non affligebantur originaliter] affligebantur D] non affligebantur M 506 ingressum] ingressu M 509 et refrigerii] refrigerii M sed quietum sec. D M] quietum G 513 vero om. D M 517 in re emend. sec. D M] iure G 522 in quo] in qua M oriente] oriente D 525 M.] cuius D M 527 contenta] contracta D M

Tuo proprio telo te perfodiam, quod si non valet quantum proponitur, valeat tamen in quantum de iure valere potest. Nonne in Cantico tuo paschali⁸⁶, scilicet „Cum rex glorie”, dicitur quod sanctorum populus qui tenebatur in morte captivus, voce lacrimabili clamaverat: „Advenisti desiderabilis quem expectabamus in tenebris”. Et sequitur: „Te nostra vocabant suspiria, te larga requirebant lamenta. Tu factus es spes desperatis, magna consolacio in tormentis”. Jtem in Cantico mortuorum sive cadaverum de quo corvi sustentantur et gaudent, ut dicitur „de morbo medicus, gaudet de morte sacerdos”⁸⁷, quod nuncupatur Offertorium, dicitur⁸⁸: „Domine Ihesu Christe, Rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu; libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Thartarus”. Et sequitur: „Redemptor animarum omnium christianorum, mitte archangelum sanctum Michaellem ut ille dignetur eas eripere] de regionibus tenebrarum et perducere eas in synum Abrahe, et cetera”. Ad quod pulcre dicit Alexander in Prima sui libri⁸⁹: „Quamvis hec non sit doctrina satis generalis, proderit ipsa tamen plus nugis Maximiani”. Hec sunt dicta collacionis causa, quia „dubitare de singulis non est inutile”⁹⁰. Illud autem quod dicitur quod illi ante passionem Christi non sufficienter compuncti et purgati ad purgatorium transiverunt et deinde ad limbum, nullum ex lege Dei, ut videtur, habet fundamentum. Et „ideo facilitate qua dicitur] eadem et contemnitur”⁹¹. Unde semper in Veteri Testamento ubi fit mencio de descensu salvandorum ad infernum, exponunt Doctores de limbo Patrum. Et ideo ex lege Dei, ut videtur, non habemus plus nisi quod damnandi et inpenitentes sepeliebantur in inferno damnatorum, salvandi autem et penitentes in synum Abrahe portabantur, ut Luce XVI de divite epulone et mendico Lazaro. Et pro bono actuali de genere a damnandis hic facto, hic receperunt mercedem, et salvandi pro suis malis et culpis comissis, hic purgati fuerunt, ut glossa ordinaria Luce XVI^o [Luce. XVI, 25] super isto: „Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua et Lazarus] similiter mala”, nota quod „dives iste aliquid boni habuit, ex quo bonum transitorium in hac vita recepit, et Lazarus aliquid mali habuit, sed ignis inopie purgavit”. Hec ibi. Et de isto purgatorio quod habuerunt salvandi ante passionem Christi pulchre et plane dicit Judith VIII^o [Jud. VIII, 21 – 27] sacerdotibus: „Et nunc fratres, quoniam vos qui estis presbiteri in populo Dei, ex vobis pendet anima eorum, eloquium vestrum corda eorum dirigite, ut memores sint, quomodo tentati sunt patres nostri,

529 tamen in quantum] tantum quantum D 535 ut dicitur] et dicitur D 541 perducere] perducatur D M Abrahe etc.] Abrahe D 542 libri om. D M 543 doctrina satis generalis ... plus nugis Maximiani] etc. M 544 sunt om. D M 545 quod dicitur om. D M 546 et purgati om. D M 547 nullum] nullus M ut videtur om. DM 550 exponunt] semper exponunt D M ut videtur om. D M 554 a damnandis] dampnandis M hic facto] facto D M receperunt mercedem] mercedem receperunt D 555 hic purgati fuerunt] sic purgati fuerunt D 556 quia recepisti emend. sec. Vulg. D M] quomodo recepisti G

ut probarentur si vere colerent Deum suum. Memores esse debent, quomodo
 565 Abraham pater noster tentatus est, et per multas tribulaciones probatus,
 Dei amicus effectus est. Sic Ysaac, sic Yacob, sic Moyses, et omnes qui
 placuerunt Deo per multas tribulaciones transierunt fideles. Illi autem qui
 tentaciones non susceperunt cum timore Domini, et impacienciam suam et
 570 improprium murmuracionis sue contra Dominum protulerunt, exter-
 minati sunt ab exterminatore, et a serpentibus perierunt. Et nos ergo non
 ulciscamur nos pro hiis que patimur, sed reputantes peccatis nostris hec
 ipsa minora supplicia esse, flagella Domini, quasi servi quibus corripimur, ad
 emendacionem, et non ad perdicionem nostram evenisse credamus".

Sic et modo tempore gracie dixit Johannes Baptista Mat. III^o [Mat.
 575 III, 11]: „Qui autem post me venturus est, forcior me est". Et sequitur
 [Mat. III, 12]: „Ipse vos baptisabit in Spiritu Sancto et igne, cuius venti-
 labrum in manu eius, et permundabit aream suam". Quod exponit Crisostomus de area presentis ecclesie et de igne tribulacionis in hoc mundo et
 Spiritus Sancti, ut plenius infra patebit in responsione ad dictum Appos-
 580 toli I Corinthiorum III^o [I Cor. III, 13] super isto: „quasi per ignem",
 et concordat in Punctis ubi dictum est de Festo malorum⁹². Et tantum
 de ista responsione et cetera.]

V

G 43 r V, 1. Hec audiens M., quasi furiosus factus, quia ipse unus erat ex pin-
 gwibus sacerdotibus et incrassatis canonicis⁹³, cottidie habens memoriam
 585 defunctorum propter quas eciam ecclesias et chorum visitavit et missavit
 D 28 r et presencias multas recepit pro sua carnali| vita delicata et familia sua
 ociosa, et pro equis et caballis et canibus suis dillatandis, ut tamen taceam
 de focariis amasiis et pueris suis; sicut equus indomitus et quasi canis
 rabidus recalcitravit et latravit, cum scissione vestimentorum suorum et
 590 crinium ewulsione, et ad circumstantes canonicos et ad assissinos, scilicet
 qui solent canonicis adducere mulierculas, de quo vide in Sermone facto
 ad Clerum de materia sangwinis qui incipit „Nisi manducaveritis", et ad
 alios super „requiem" factos sacerdotes et beneficiatos, et ad monachos,
 eciam multa luera occasione huiusmodi percipientes⁹⁴, et ad ceteros similes,
 595 ex magna impaciencia, dixit:

— „Blasphemavit iste V.! Quid aduc egemus testibus? Nunc audistis
 blasphemiam: quid vobis videtur?" [Mat. XXVI, 65]

566 Dei amicus effectus est ... per multas tribulaciones om. M 568 cum timore
 sec. Vulg. D] tum timore M impacienciam suam sec. Vulg.] in paciencia sua D M
 570 sunt ab sec. Vulg. M] sunt alii ab D nos add. sec. Vulg. D om. G M 573
 credamus] credamus etc. M 577 suam] suam etc. D M 582 et cetera om. D M
 586 vita] et vita D M 588 focariis] vocariis D vacariis M 589 recalcitravit et
 latravit] recalcitrabit et latrabit M 590 et ad circumstantes] circumstantes M
 assissinos] assissinos D scilicet] qui scilicet D 592 qui incipit] que incipit M mandu-
 caveritis] manducaveritis carnem filii hominis etc. D] manducaveritis etc. M 593
 sacerdotes om. D

T.
H. 22425

ad

At illi dixerunt:

— „Reus est mortis” [Mat. XXVI, 66] huiusmodi Ecclesie Sancte destructor; morte turpissima condemnemus eum.

600

Ab illo ergo die „cogittaverunt interficere” [cf. Joan. XII, 10; Act. V, 34] eum, dicentes:

— Ne forte tollatur nobis aratrum hoc nostrum! Et quia fodere non valeamus, laborare non didicimus nec possumus pre pingwibus ventribus nostris et vita nostra delicata, et mendicare erubescimus⁹⁵, fame miserabili periremus, et ad multa et ad infinita alia incomoda deveniremus. Non enim gratis facta est mencio de memoria defunctorum in Canone misse.

605

M 152 v

Ad que V. „inceptit pavere et tristis esse” [Marc. XIV, 33], quia licet „spiritus promptus sit” pro lege Dei sui certare usque ad mortem, „caro autem infirma” [Mat. XXVI, 41], confortatus vero dicto ewangelico respondit:

610

— „Si male loquutus sum, testimonium” legis Dei „perhibe de malo; si autem bene, cur” [Joan. XVIII, 23] sic indignaris mihi? Qui semper fui, sum et, ut spero, semper ero paratus instrui in presenti materia, sicut in qualibet alia, secundum legem a qua „yota unum aut apex unus non preteribit” [Mat. V, 18].

615

Sed „narraverunt mihi iniqui fabulaciones, sed non ut lex tua” [Ps. CXVIII, 85], sed secundum istos „precipuos et primos hereticos, scilicet symoniacos” [Ca. 1, q. 7, c. 27; Fr. I, 437], cum fornicariis et corvis de cadaveribus viventibus, cum ceteris furibus et latronibus, qui non intrant per hostium, sed aliunde ascendunt, quos Christus Ihesus odit et destruxit, eos de templo eiciendo⁹⁶. In hoc semper opto ipsi eidem Christo sicut et esse debet quilibet fidelis coadiutor pro omni posse, ut destruantur et eiciantur, quia non illi Ecclesia Sancta, sed congregacio babilonica et Sathane Sinagoga sunt. Et de isto, scilicet que sit diferencia inter Ecclesiam et Sinagogam require in Conclusionibus doctorum de materia sangwinis⁹⁷.

620

625 G 43 v

Illud autem quod dicunt de Canone misse, quantum ad memoriam defunctorum fiendam ibi expressum esse, non hoc prolatum ex Ewangelio testimonium receperunt, ubi prime misse Institutor Christus Ihesus Appostolis suis corpus et sangwinem commendans inquit: „Hoc quociescumque feceritis in mei commemoracionem faciatis”. Sic etenim Paulus docuit prima Corinthiorum XI [I Cor. XI, 24—25], et eciam Primitiva Ecclesia sic tenuit, ut Actuum II^o [Act. II, 42, 46]. Sed ut legitur in Cronicis circa annos

630

598 dixerunt om. D M 603 tollatur] tollat D aratrum hoc nostrum] hoc nostrum aratrum D 606 ad infinita] infinita M 607 in Canone] habenda in Canone D M 608 inceptit] incipit M 613 bene] bene non G (non cassatum)] non D M 618 sed secundum istos emend. ad sensum] et istos G istos D M et ideo] et primos add. sec. Decret. D M om. G 619 de cadaveribus] et cadaveribus M 621 quos] quia D 622 eidem] idem M sicut] scilicet D 625 sunt om. D M Ecclesiam] Ecclesiam sanctam D 628 prolatum] probatum D 631 faciatis] facietis M etenim] et D M 632 eciam Primitiva Ecclesia] Ecclesia primitiva D M

Domini DLXVIII^o Pelagius papa secundus constituit ut memoria defun-
 D 28 v 635 torum fiat in omni missa post elevacionem hostie salutaris, ut| precipue
 dicitur in Cronica Flores Temporum⁹⁸. Illius autem fundamentum legis
 Dei non invenio: nescio enim quare hodie ita sollemnes fiunt exequie,
 nisi, ut docet experientia, quod aput mundum nomen divitis sollemnus
 celebretur, et ut vita mortui per multa mendacia comendetur et lucrum
 640 temporalium sacerdotibus cumuletur, que primo nocent divitibus danti-
 bus seu exequias facientibus, quia vana gloria percuciantur et illud quod
 impendunt perdunt, Mat. XXIII^o [Mat. XXIII, 5; VI, 5]: „Omnia opera
 sua faciunt ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mer-
 cedem suam”. Secundo nocent sacerdotibus recipientibus, quia propterea
 645 magis avaricie intendunt et symonie, et crapulosius pascuntur sicut corvi
 de cadaveribus, quia medicum morbus et sacerdotem cadaver pascit,
 scilicet occasionaliter. Tercio nocent vivis pauperibus, quia in bonis defrau-
 dantur. Quarto nocent mortuis, quia occasione mortuorum ministrata de
 male quesitis vel conservatis temporalibus inchoatum peccatum perficitur,
 650 et sic eorum pena augetur⁹⁹. Jdeo Luce XVI^o [Luc. XVI, 28] dives epulo
 rogabat Abraham ut mitteret Lazarum ad quinque fratres suos, ut tes-
 taretur illis ne ipsi venirent in locum tormentorum. | Quod, secundum
 M 163 r Liram, „non dixit caritate motus, cum illam non haberet, sed timore ser-
 vili, ne in ipsorum consorcio eius pena augetur, quia fuerat eis occasio
 655 peccandi cum ratione diviciarum quas eis dimiserat ad abusum, cum
 exemplo male vite quod eis dederat ad sequendum”.

V, 2. Ad quid enim valet multiplicacio vigiliarum in domo mortui divi-
 tis? Et si consideras, percipies quia ad vanam laudem, cum ex parte apre-
 ciantis advertitur ut solum fiant multe vigilie decantate propter homines,
 660 et ex parte cantantis advertitur ut solum cito finiantur, et ideo appocopant
 vel sincopant, ut cicius tediosas vigilias, quas canunt propter pecunias,
 evadant¹⁰⁰. Planum est enim quia verba in vigiliis dicta vel lecta vel can-
 tata |, prout ponuntur Job XXII^o et XIII^o et in aliis capitulis, non
 fuerant dicta a mortuo sive pro mortuo, sicut iam dicuntur, sed a vivo
 665 vita presenti et in spe vite glorie et in magnis tribulacionibus existenti,
 scilicet a Job fuerunt dicta, ut patet transcurrendo librum suum.

Insuper, ad quid valet pomposa divitum conduccio, de qua dicitur:

634 papa om. D M 635 post] per M 636 Illius sec. D M] illis G 637 fiunt] sunt
 D 638 nomen] nomine D 639 celebretur] celebratur M 640 cumuletur] cumeletur M
 divitibus dantibus] dantibus divittibus D] dantibus militibus M 643 receperunt
 sec. Vulg. M] quia receperunt D sec. Hus 645 et crapulosius pascuntur add. sec. Hus
 D om. G M 646 de cadaveribus add. sec. Hus D om. G M 651 testaretur] testificaretur
 D 653 haberet] habet D] habentes M 658 consideras] consideres M percipies]
 percipias D 659 decantate add. sec. Hus D M om. G 661 sincopant sec. Hus D M]
 seroopant G 662 dicta vel] dicta D lecta emend. sec. D] facta G M vel] sive D
 665 vita] vite D vite emend. sec. D] vita G M 666 transcurrando] transcribendo M
 667 pomposa emend. sec. Hus D M] pompa G conduccio] in conduccione mortui
 congregaccio D sec. Hus

„Dum moritur dives concurrunt undique cives.
Pauperis ad funus vix currit clericus unus”¹⁰¹.

Et sepius nullus ad sepeliendum mortuum, quia non verentur sub occasione 670
interdicti mortuos insepultos relinquere et nonnullos iam mortuos et sepultos
exhumare. Ad quid valet sacerdotum circa mortuos sessio iocunda et risiva
in pulvinariis¹⁰². Ad quid pulsacionis campanarum gravacio, que est
pecunie consumcio, campanarum destruccio, hominum murmuracio, et
iniusta pecunie magne pro parvo labore exaccio. Ad quid sumtuosa divitis 675
sepultura, que est bonorum inutilis consumcio et fama volatilis super-
stitium? Ad quid sacerdotum nimia congregacio, que est gule et avaricie
nutrimentum? Ad quid missarum inordinata conglobacio uno die in una
ecclesia posita, que invidiam, iram, avariciam et indevotam missam in
sacerdotibus | fovet? Ad quid multa magna inordinata elemosine distri- 680 *D 29 r*
bucio, que facit litem in pauperibus et consumcionem inutilem, que, si
sparsim daretur, magis esset fructifera et minus pauperum turbativa?
Ad quid, post sepulturam mortui, convivacio in qua gula, inutilis consum-
cio et vana confabulacio habent nidum? Ad quid missarum accurtacio,
que causat risum et cognicionem avaricie cleri in populo? Ad quid psal- 685
terii simoniaca et insolens leccio ad feretrum funeris, ubi risus, insania,
crapula et cetera vicia nutriuntur? Ad quid multarum candelarum consum-
cio, que vanam gloriam comparantibus, et invidiam pauperibus parit? Ad
quid pro XXX missis pactacio, que gravat sacerdotum conscienciam? Et
utinam non pelleret animas ire ad tenebras exteriores!¹⁰³ De quo dicitur 690
ut supra.

Ad quid sacerdotum de diversis parochiis ad prandium convocacio, que
sacerdotes gula, ebrietate, avaricia, detraccione, risu, ludo saciat, et ad
futuram devocionem, conversacionem, missacionem indisponit |, nec solum 695
sacerdotibus illa propinat vicia, sed convivia facientes percutit vana gloria,
occupacione et sollicitudine superflua, et gravat, ymmo spoliat sepe villa-
nos pauperes qui, propter illa convivia, venacionibus vel aliis laboribus
vel | exaccionibus aggravantur. *M 153 v*

Unde istorum prescius misericors Salvator, volens illa preceindere,
dicitur Luce XIII^o [*Luc. XIV, 12—14*]: „Cum facis prandium aut cenam, 700
noli vocare amicos tuos neque fratres neque cognatos neque vicinos neque

668 dum *interlinearis in D* concurrunt undique cives *sec. Hus*] etc. *D* 670 quia]
cum *D M* non verentur *emend. sec. D*] non numquam verentur *G*] non vereantur *M*
671 mortuos et sepultos] sepultos *D*] mortuos *M* 672 circa mortuos sessio iocunda
et risiva in pulvinariis] circa exequias in pulvinariis sessio iocunda et risiva *D*] *G 44 v*
circa mortuos in pulvinariis sessio iocunda et risiva *M* 675 pecunie magne pro
parvo labore exaccio] pro parvo labore magne pecunie exaccio *sec. Hus D M* 679
missam] missacionem *sec. Hus D M* 680 magna *sec. Hus om. D* 689 conscienciam]
consciencias *D M sec. Hus* 690 dicitur] dicit *D* 695 facientes] facientibus *M* 697
illa *emend. sec. Hus D M*] illam *G* 701 neque fratres *sec. Vulg.*] aut fratres *sec. Hus*
D M

divites, ne forte et ipsi reinvitent te, et fiat tibi retribucio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cecos, et beatus eris, quia non habent unde retribuere tibi; retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum et cetera”¹⁰⁴. Ideo dicit Augustinus Libro primo de Civitate Dei, capitulo XII^o, et in glossa prima Tessalonicensium III^o [*I Thes. IV, 12*], et adducit in III^o Sentenciarum di. XLV sic: „Pompa funeris, agmina exequiarum, sumtuosa diligencia sepulture vivorum sunt qualiacumque solacia, non adiutoria mortuorum. Si quid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio vilis vel nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diviti exhibuit turba famulorum, sed multo clariores in conspectu Domini ulceroso illi pauperi ministerium angelorum exhibuit, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahe gremium”¹⁰⁵.

V, 3. Ad quid eciam hodie facta testamenta, cum communiter sapiunt peccatum, tam ex parte testatoris, quam ex parte inducentis ad testamentum fabricandum, quam ex parte superstitis testamentum exequentis. Nam testator, confidens ex testamento de aliorum merito, non est diligens bene vivere, inducens vero ad testamentum secundum suum placitum est frequenter plenus avaricia, et presertim sacerdos qui prius querit circa infirmum de testamento, quam de peccato, pungens eum ut prius testetur quam confiteatur, nec inducit¹⁰⁶ sive informat testatorem quomodo testamentum, deductis expensis et debitis, ex superfluo condi debeat ut canunt iura canonica et civilia et maxime instituta: „de alienis vero sive de malis aquisitis de iure non potest fieri elemosina, sed quasi qui victimat filium in conspectu patris” [Ca. 14, q. 5, c. 2; Fr. I, 739], de quo require in materia de usuris¹⁰⁷, ubi dictum est de elemosina et restitutione fienda. Nec inducit ut testamentum pro heredibus vel pro eius pauperibus faciat, sed pro sacerdotibus et ecclesia, ut dicunt. Et is non attendit Augustinum in Sermone de vita et honestate clericorum et ponitur XVII q. IIII c. ultimo [Ca. 17, q. 4, c. 43; Fr. I, 827] quod „non debet ecclesia suscipere que, filio exheredato, sibi offeruntur”. Unde dicit ibi Augustinus: „Quicumque vult exheredato filio heredem facere ecclesiam, querat alterum qui suscipiat, non Augustinum: ymmo, Deo propicio, [non inveniet. Quam laudabile factum sancti Aurelii Carthaginensis Episcopi! Quidam, dum non haberet filios nec speraret, res suas omnes, retento usu fructu, ideo donavit ecclesie.

702 et ipsi reinvitent te *sec. Hus*] ne forte te et ipsi reinvitant *D sec. Vulg. ubi legitur* reinvitent 704 retribuere *sec. Vulg. Hus*] retribuent *D* enim tibi *sec. Vulg. Hus om. M* 705 et cetera *om. D* Augustinus] beatus Augustinus *sec. Hus D M* libro] in libro *sec. Hus D M* 706 adducit *sec. Hus*] adducitur *D M* 712 ministerium *sec. Hus*] ministrorum *D* 713 gremium] gremium etc. *D* 718 inducens *sec. Hus*] inducentes *D* 723 vero sive de] sive enim *D*] enim sunt de *M* 726 fienda] fienda etc. *D* 727 faciat] faciet *D* 728 ecclesia] pro ecclesia *sec. Hus D M* 729 et honestate *om. D M sec. Hus* 730 que] quia *D* 731 exheredato *sec. Hus et Decretum*] exhereditato *D* 732 exheredato ... ut supra 733 inveniet *sec. Decretum*] inveniat *D*] invenit *M* 735 ideo *om. sec. Decretum D M*

Nati sunt illi filii; reddidit Episcopus nec opinanti ea que ille donaverat. In potestate habebat Episcopus non reddere, sed iure fori non iure poli". |
 Hec Augustinus¹⁰⁸. Et de iure fori sive poli eciam vide de materia de M 154 r
 usuris¹⁰⁹. O Augustine, dicis quod, Deo propicio, non inveniet qui suscipiet?
 Si dixisses ad nostra tempora, quod nullum forte inveniet qui non suscipiat. 740
 Et ubi nunc Aurelius? Qui, si ab ecclesia heredibus quicquam restitueret,
 non iam sanctus Aurelius, sed damnatissimus hereticus censeretur.

Superstites autem exequentes testamentum peccant multipliciter et graviter, nec advertunt quod habetur ex canone XIII q. II „Clerici”, et canone „Qui oblationes” [Ca. 13, q. 2, cc. 11, 9, 10; Fr. I, 724] quod „clerici 745
 vel seculares qui bona in testamentis pauperibus relicta retinere conantur
 aut auferenda crediderint, quasi egencium necatores et quasi non creden-
 tes iudicium Dei habendi sunt, et velud necatores pauperum, fures, sacri-
 legi excommunicandi, et quousque reddant ab ecclesiis excludantur”, et
 cetera, ut ibi. Unde istis abiectis laqueis valde securum esset vivere modo 750
 quo docuerunt Christus et sui apostoli¹¹⁰ sui que propinqui, amici et vicini
 sancti.

Causa autem laudabilis exequiarum consistit primo in hoc, ut de morte Christi turpissima et de peccato nostro quod fuit causa mortis sue cogitent, quoniam sic talis defunctus mortuus est, sic illi necessario morientur, 755
 et talis consideraccio monere debet quod in omni genere peccati tribus
 hostibus est resistendum¹¹¹. Quid, rogo, valet temptacio dyaboli ad super-
 biam, invidiam sive iram, cum necessarie est iacere cadaver exanime et
 inpotens proficere, quantumcumque potenter hic vixerit viciose? Consi-
 deraccio autem illa tolleret accidiam et avariciam, que sunt peccata seculi, 760
 cum defunctis non prosint divicie nisi de quanto erant media viventibus ad
 meritorie operandum. Et tunc congaudebunt quod, expulsa accidia, instan-
 ter erant meritorie operati. Tercio¹¹² est illa consideraccio contra peccata
 carnis que sunt gula atque luxuria. Ideo, si vis habere frenum ydoneum ad
 carnem tuam in concupiscenciis suis moderandam, meditare mortem tuam 765
 assidue iuxta illud:

„Non poterit melius caro tua viva domari,
 morte tua qualis erit, quam semper premeditari”.

738 Hec Augustinus om. D 739 inveniet qui suscipiet] inveniat qui suscipiat D
 740 forte sec. Hus] fere D] fore M inveniet] invenit M 741 Aurelius] Aurigelius D
 742 Aurelius ..., ut supra censeretur] censaretur M 744 nec emend. sec. Hus
 D M] non G et canone emend. sec. Hus D M] et cetera G 751 sui que] et sui D M
 754 cogitent] cogitant M 755 quoniam] scilicet parantes quoniam D sic] siout
 D M mortuus est] est mortuus sec. Wyclif Hus D M 757 hostibus est resistendum]
 est hostibus resistendum sec. Hus D M Quid, rogo, ... iram sec. Hus] quid nam magis
 valet contra temptacionem dyaboli ad superbiam invidiam sive iram reprimendam D
 758 necessarie est] necesse sit sec. Hus D] necessarie sit M iacere cadaver] cadaver
 iacere sec. Hus D M 760 autem] eciam sec. Hus D 763 consideraccio] consideracio
 specularis tiriaca sec. Hus et Wyclif 765 moderandam] moderandis sec. Hus D M]
 moderandum sec. Wyclif 768 morte] nocte M sec. var. in Hus] mortua Hus

Et Ecclesiastici VII^o [*Eccle.* VII, 3]: „Melius est ire ad domum luctus
 770 quam ad domum convivii; in illa enim finis cunctorum admonetur hominum
 G 45 v et vivens homo | cogitat quid futurum sit”, et id inquit [*Eccle.* VII, 40]:
 „Fili, in omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in eternum non
 peccabis”¹¹³. Et Jeronimus in fine prologi Biblie: „Faciliter contemnit
 omnia qui semper cogittat esse moriturum”¹¹⁴. De hoc vide in Punctis ubi
 775 dictum est de fletu et festo bonorum¹¹⁵.

Nam constat experimento certissimo quod hominis cadaver mortuum
 D 30 r est vilius et fetidius quam cadavera bestiarum. Nam saccus stercorum | hic
 M 154 v tenerius educatus, dum fuerit mortuus, plus vilescit. | Quid ergo sibi valet
 transacta gula sive luxuria, cum talis finis necessario consequatur? Indubie
 780 multum nocebit tam corpori quam anime, cum ipsa sit coquenda perpetuo
 igne et perceptura mercedem perpetuam secundum quod meruerat hic
 in via. Et huic Salvator frequenter minatur igne perpetuo quem damnati
 perpetuo patientur.

Bona ergo est memoria novissimorum ad reprimendum carnis vicia,
 785 pensando attende qualis erit caro mortua et, post resureccionem, igni
 tradenda, perpetue cremanda et crucianda. Ecce tales exortaciones faciente
 sunt in exequiis mortuorum et non vane laudes vel gesta infidelia aut opera
 incerta vel mendosa per que tam superstites quam mortui sunt gravati.
 Aptemus ergo exortaciones ad fletum pro comisso crimine provocantes,
 790 attendendo autem communiter ad vitam vel exequiarum modum vel
 carnalitatem amicorum et ad laudes mendosas predicantium. Patet quod
 talis qui confidit in tali homine est communiter maledictus, cum tales plus
 nocent mortuis ex malicia vite sue¹¹⁶, et cetera.

V, 4. Et M. inquit:

795 — „Usquequo loqueris talia, et spiritus multiplex sermonis oris tui?”
 [*Job* VII, 2] Numquid non legisti aut nescis quod scribitur in lege „a qua
 yota unum non preteribit” [*Mat.* V, 18]? Cuius tu supra testimonium
 postulasti, scilicet *Mat.* V^o [*Mat.* V, 25—26] sic: „Esto consenciens adver-
 sario tuo cito dum es cum eo in via: ne forte tradat te adversarius tuus
 800 iudici, et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi,
 non exies inde donec reddas novissimum quadrantem”.

Ex hoc arguitur sic: si tenetur captivus, aut in inferno aut in purgatorio.
 Non in inferno, quia ibi nulla est redemptio, et tamen supra dicebatur:

770 finis] finietur D 771 inquit om. D M 772 tua om. D 773 Biblie] super Bibliam
 D M faciliter] nisi inquit facile D] inquit facile M 774 semper cogittat] se cogitat
 semper D] se semper cogitat M sec. Jeron. moriturum] mortuorum D 776 mortuum
 est vilius] vilius mortuum D 778 tenerius] tenellis D 780 quam] quem D 784 est
 memoria sec. Hus] memoria est D 786 cremanda et om. D M sec. Hus 790 autem
 sec. Hus] ergo D 791 et ad laudes sec. Hus] ad laudes M 792 homine] honore D M
 Hus] homine honore G 793 et cetera om. D M 797 yota unum] unum yota D 799
 tradat te sec. Vulg.] tradat M tuus sec. Vulg. om. D 800 Amen sec. Vulg.] deum
 M 802 tenetur] tenet D

„non exies donec reddas novissimum quadrantem”. Ergo post reddicionem exhibit, et per consequens, quia non de inferno, ergo de purgatorio, de quo oportet predicta Scriptura exponi. 805

Ad que V., quia erroris mater est equivocacio semper, respondit distingwendo de lij „donec”¹¹⁷ secundum quod communiter doctores distingwunt. Ut patet per Lyram Mat. V^o [Mat. V, 26] et I^o [Mat. I, 25]; et Extra. De verborum significacione, „nam et ego”, et capitulo „quod dicitur”, et c. „Joseph” [Decr. Greg. 5, 40, 3—4—5; Fr. II, 913]: quia uno modo „donec” 810
excludit tempus precedens tantum, et sic |, secundum Lyram, „significat tempus determinatum, quo transacto fit aliquid, sicut dicitur: ille non comedit donec esset hora sexta, hoc est quod sexta completa comedit”, sic dicitur Johannis ultimo [Joan. XXI, 22]: „Sic volo eum manere donec veniam”, id est, secundum Liram et Glossam ordinariam, „expectare diem novissimum, sed mortis, non seculi, quando ipse veniens eum in eterne beatitudinis mansione recipiam”, et sic non capitur hic. Secundo 815
excludit tempus sequens, ut Genesis VIII^o [Gen. VIII, 6—7]: „Noe misit corvum qui egrediebatur donec exirent aque super terram”, id est, secundum Liram, „non quod reversus ad Noe aquis desiccatis, sed mansit circa cadavera et nunquam postea reversus fuit”. Alio modo excludit tempus precedens et sequens simul, et sic, secundum Liram, Mat. primo [Mat. I, 25] accipitur „pro semper, sicut dicitur in Psalmo de Christo [Ps. CIX, 1]: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum”, non est intelligendum quod, quando inimici Christi erunt positi sub pedibus tempore iudicii, | quod tunc desinat sedere ad dextram Patris, ymmo eternaliter sedebit, et hoc modo | capitur cum dicitur [Mat. I, 25]: Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum”, id est, semper 825
non cognoscebat eam, hoc est nunquam. Sic in proposito cum dicebatur „non exies inde donec”, id est semper non exies, hoc est secundum Liram, id est „nunquam exhibis, quia in inferno nunquam est possibilis reddicio sive redemcio, ut in Psalmo [Ps. XXXVI, 21]: Mutuabitur peccator, et non solvet”. 830

Ex quibus patet quomodo intelligenda sit dicta Scriptura, scilicet de inferno¹¹⁸ et non de purgatorio, et per consequens non procedit obieccio. Et quod ita habeat intelligi, habetur bonus textus Ysaie XXIII^o [Is. XXIV, 21, 22]: „Et erit in die illa: visitabit Dominus super miliciam in 835

804 non exies ... quadrantem] non exies inde donec reddas D] non exies inde etc. M ergo] igitur D om. M 805 quo om. D 808 doctores] doctores sacri D] sacri doctores M Mat. V^o et I^o] Mat. III et V D] Mat. I et V M 815 sic volo eum manere] et sic eum volo manere D] sic eum volo manere sec. Vulg. M 817 sed mortis, non seculi] non seculi sed mortis D M 820 egrediebatur ... aque] egrediebatur et non revertebatur donec exiccarentur aque sec. Vulg., ubi legitur „siccarentur”, D] egrediebatur donec exsicarentur aque M 821 reversus] reversus sit D M desiccatis] exsiccatis D 825 tuorum] etc. D 826 pedibus] pedibus eius D 831 inde donec] inde donec etc. D] inde etc. M 832 in inferno nunquam] nunquam in inferno D 836 non de purgatorio] de purgatorio D 838 Et erit] Sic et erit D M

840 excelso et super reges terre qui sunt super terram, et congregabuntur in congregacionem unius fascis", id est, secundum Lyram, „in infernum ubi simul detrudentur demones et damnati". Unde subditur: „Et claudentur ibi in carcere, et post dies multos visitabuntur", id est, secundum Lyram, „post quantumcumque tempus datum in pena detinebuntur", quia [Is. XXX, 33] „preparata est ab heri tophet", id est yehenna¹¹⁰, ubi lij heri, secundum Liram, accipitur „pro principio temporis, in quo Deus creavit celum et terram, ita quod sicut tunc fecit celum empireum pro electis, ita infernum pro reprobis". Jdeo „a rege preparata profunda", quia, secundum Liram, „dicitur esse circa centrum terre", et „dilatata. Nutrimenta eius ignis et ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulfuris succendens eam", id est, 850 secundum Liram, „effectus iusticie eius".

Sic dicunt doctores Mat. XVIII^o [Mat. XVIII, 34]¹²⁰ super isto: „Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet universum debitum", | quod infinitum adverbium posuit pro infinito tempore, id est in perpetuum, quia in inferno non est locus redemcionis vel satisfaccionis. Et est sensus: semper solvent et nunquam persolvent, quia semper in pena luent, quia Deo pro peccatis non satisfecerunt in penitencia, quia secundum quod dicitur Mat. IX^o [Mat. IX, 6]: „Filius Hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra", quia vita nostra est locus remissionis peccatorum, ut dicunt expositores ibidem quod Deus habet potestatem in mundo iustificandi, in iudicio iudicandi, in celo regnandi, in inferno cruciandi. Jdeo dicit: in terra, non in inferno nec in celo. Jdeo, quamdiu sumus in terra, peniteamus ubi peccata dimittuntur Mat. XVI^o [Mat. XVI, 19]: „Quodcumque solveris super terram", et cetera. Quia, secundum Augustinum in libro de utilitate agende penitencie¹²¹: „Tempus aquirendi 855 vitam nostram in ista tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit esse penitenciam fructuosam, quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem penitenciam in futuro seculo de malis suis, sed indulgenciam in conspectu Dei non inveniet". Hec ille. Jdeo [Mat. V, 26] „non exies inde donec reddas novissimum quadrantem". Et tantum de ista responsione.

870 V, 5. Et M. insuper inquit:

— Nunc videbo quid dices ad id quod precipue me monet et communiter omnes loquentes et scribentes de ista materia. Utputa ponamus quod sint duo quorum unus bene vixit omnibus diebus vite sue et decedat. Et alter male vixit omnibus diebus vite sue et in fine peniteat et eciam decedat.

875 Tunc queritur utrum ambo ibunt in celum, et si sic, sequitur quod Deus

839 super om. D congregabuntur sec. Vulg.] non congregabuntur D] congregabunt M 840 congregacionem] congregacione Vulg. fascis] fascis in lacum D M sec. Vulg. 842 dies multos] multos dies Vulg. visitabuntur sec. Vulg.] visi visitabuntur D 843 pena emend. sec. M] pene G] penam D quia preparata] preparata D 851—869 Sic dicunt doctores ... novissimum quadrantem om. D M 873 sint] sunt D decedat] decedet D 874 peniteat] penitebit D M 875 utrum emend. sec. D M] V. G

non sit iustus iudex quia eque non meruerunt. Si autem dicis quod alter damnetur, hoc non potest dici quia in fine penituit. Ergo ex necessitate oportet poni medium, scilicet purgatorium in quo alter purgatus et emendatus tandem evolet ad superna¹²².

Ad que V. inquit:

— „Tu es magister in Israel” [*Joan.* III, 10] et hec ignoras, quod omnes missi in vineam Patrifamilias sive mane, sive hora tertia, VI^a, sive IX^a, ymmo et XI^a acceperunt singulos denarios. Noli ergo de hoc murmurare adversus Patremfamilias, dicens [*Mat.* XX, 12]: „Hii una hora fecerunt et pares eos nobis fecisti qui portavimus pondus diei et estus”. Alias respondebit tibi sicut uni eorum dixit [*Mat.* XX, 13—16]: „Amice, non facio tibi iniuriam; nonne ex denario diurno convenisti mecum? Tolle quod tuum est et vade, volo autem et huic novissimo dare sicut tibi. An non licet michi facere quod volo? An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi et primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi”, ut *Mat.* XX [*Mat.* XX, 13—16]. Ex quo patet quod | ambo vadunt in celum, licet non habeant equalem gloriam¹²³, de quo in III^o Sententiarum di. IX circa principium¹²⁴, ubi dicitur quod, „sicut boni differenter glorificantur alii mayus, alii | minus, ita mali differenter | in inferno punientur. Sicut in domo patris, id est in regno celesti mansiones multe sunt, id est premiorum difference, omnes tamen eternam patientur penam, sicut omnes electi eundem habebunt denarium quem Paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomine denarii aliquid electis omnibus commune intelligitur, scilicet vita eterna, ipse Deus quo omnes fruuntur, sed impariter. Nam sicut erit differens clarificatio corporum, ita differens erit animarum gloria. Stella enim a stella differt, id est electus ab electo differt in claritate mentis et corporis. Alii enim aliis clarius vicinissime Dei speciem contemplabuntur, et ipsius contemplandi difference mansionum vocatur. Domus vero est una, id est denarius est unus, quia unum est et summum bonum, beatitudo et vita omnium et ipse Deus: hoc bono omnes electi perfruuntur, sed alii aliis plenius, ut supra dictum est”. Hec ibi et tantum de isto.

876 quia eque non] cum non eque D] quia eque M 879 tandem evolet] tandem volat D] tantum volat M 880 inquit] respondit D om. M 881 es magister sec. Vulg.] magister es D M 884 adversus patremfamilias dicens] dicens adversus patremfamilias D M hii] hii novissimi sec. Vulg. D 885 eos] illos sec. Vulg. D respondebit] respondet D M 888 et huic sec. Vulg.] huic M tibi] et tibi sec. Vulg. D 889 Sic erunt sec. Vulg.] sicut erunt D 891 Vero sec. Vulg. om. D 892 de quo] de quo patet D M 893 di. IX] di. XLIX D M 894 glorificantur] glorificabuntur D] gloriabuntur M mayus] magis D M 896 difference omnes tamen] difference. Ita in re humana diverse sunt mansiones id est suppliciorum difference omnes tamen D] difference. Ita in gehenna diverse sunt mansiones id est suppliciorum difference, omnes tamen M 901 erit animarum gloria] est gloria animarum D M stella differt] stella D M 902 Alii enim aliis clarius vicinissime] alii enim vicinissime clariusque D] alii enim aliis vicinissime clariusque M 903 ipsius] ipsa D] ipsi M 905 et summum] summum D et ipse] id est ipse D M

880

885

890

G 47 r

D 31 r

M 155 v

895

900

905

V,6. Et M., quasi fundando intentum suum, inquit: — Et nunc plane dico negare purgatorium et dicere quod statim aut vadunt
 910 ad celum anime post mortem vel ad infernum errorem esse includens tres alios¹²⁵: primus quod nullum peccatum post hanc vitam remanet veniale¹²⁶, contra quem Gregorius libro IIII^o dyalogorum, exponens illud Mat. XII^o [Mat. XII, 32]: „non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro”, dicit: „Hic datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quas-
 915 dam vero in futuro posse relaxari”. Sed quod potest relaxari est veniale, et hoc in futuro non erit alibi nisi in purgatorio. Igitur et cetera. De aliis duobus videbimus in posterum.

Hec audiens V. „cepit in se tacitus considerare et cogitare” [Dan. IV, 16] quidnam diceret, et tandem inquit:

920 — „Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriati fuerint, tunc illud quod deterius est. Tu servasti vinum bonum usque huc” [Joan. II, 10]. Prius enim, ut video, quasi debiliora tua proposuisti motiva, nunc autem ad modum sapientis quasi forciora tela emittis. Igitur iudicem eligamus nobis et inter nos videamus quid sit melius. Dicis enim esse errorem,
 925 ymmo simpliciter errare, negare purgatorium: non tantum errorem esse sed et contra Scripturam Sacram nullus sane mentis ignorat, cum Scriptura Apok. penultimo [Apoc. XXI, 27] dicat quod in istam sanctam civitatem Jerusalem nec „intrabit aliquid coinquinatum et faciens abhominacionem et mendacium, nisi qui scripti sunt in Libro vite et agni”, sed [Apoc. XXII, 14—15] „beati qui lavant stolas suas in sanguine agni”. ut sit
 930 potestas eorum in ligno vite, et per | portas intrent civitatem, foris autem canes et venefici et impudici et homicide” et cetera, ut ibidem ultimo. „Nec verbum ociosum intrabit”, ut Mat. XII^o [Mat. XII, 36] sed „per multas tribulationes et angustias regnum celorum nos intrare oportet”,
 935 ut in Actibus apostolorum XIII^o [Act. XIV, 21], „cum omnes qui placuerunt Deo sic transierunt fideles”, ut supra est dictum [Jud. VIII, 23], ymmo „oportebat sic Christum pati” et sic „intrare in gloriam suam”, Luce ultimo [Luc. XXIV, 26, 46].

Ut autem magis accedamus ad propositum loquendo de Purgatorio, prout nunc communiter solet accipi, est notandum quod errare est aliud
 940 pro alio putare, ut XXI q. II „in quibusdam interest” [Ca. 22, q. 2, c. 6 „in quibus rebus nihil interest”; Fr. I, 868—869], ubi dicit Augustinus: „In quibus rebus nihil est ad capiendum regnum Dei, utrum | credatur,

908 Et M.] Et ideo M. D M inquit] sic inquit D 916 et hoc emend. sec. D M] in hoc G de aliis] et de aliis M 920 bonum vinum sec. Vulg.] vinum bonum M 921 tu] tu autem sec. Vulg. D M usque] servasti usque M 922 tua om. M 923 iudicem] iudicium D M 925 errare om. D M 926 sacram] sanctam D M 927 penultimo emend. sec. D M] ultimo G 935 XIII^o om. D M 936 placuerunt G] et omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles Vulg. transierunt emend. sec. Vulg. D M est dictum] dictum est D M 941 XXI] XX D M quibusdam. interest] quibus D M sec. Decretum 943 est ad capiendum] interest ad capascendum D] interest accipiendum M

an non, et utrum vera putentur, an falsa; in hiis errare, id est aliud pro alio putare, non est arbitrandum esse peccatum, aut si est minimum esse aut levissimum". Et sic „falli in hiis que ad fidem non pertinent, aut parvum aut nullum est peccatum", ut dicit rubrum ibidem.

Sed quia in presenti materia purgatorii, sicut communiter de eo loquuntur homines, nonnulli, et feie omnes credulitatem dicunt esse necessariam et ponunt quasi fidem, quinyomo, ut constat, multi voragini ignis ut increduli traditi sunt; et quia sine rationabili examine condemnare aliquem in magnum salutis vergit periculum, dicente Domino Luce VI^o [Luc. VI, 37]: „Nolite condemnare et non condemnabimini", ideo ad effugiendum huiusmodi periculum expetit V. ut Scripture auctoritate seu infallibili ratione doceatur ab M., vel a quovis alio, quod huiusmodi ponere purgatorium sit fides, et quod debeat iuste consentire in condemnationem talium qui propterea condemnati et incinerati sunt, vel si qui forte aduc condemnarentur¹²⁷. Et consimilem sensum in sua materia includit conclusio Universitatis Pragensis, que est rectorum, doctorum, magistrorum, baccalariorum et studencium Communitas, scilicet quod non vult condemnationem XLV articulorum, factam per doctores in Pretorio, tanquam iustam et veram accipere, nisi condemnatores ipsam pro quolibet articulo probaverint per Scripturas vel probabiles et infallibiles rationes¹²⁸. Quare eciam in presenti id non exigeretur, scilicet an punctus iste iuste, debite et congrue, directe sive pertinenter trahatur ex Scriptura sacra? „Ex qua non est trahendum munimentum erroris", ut Extra. De celebracione mis., cum Marte [Decr. Greg. 3, 41, 6; Fr. II, 638]. „Et valde fatuum est propter tradiciones suas irritare mandata Dei, ut fecerunt Pharisei" Mat. XV [Mat. XV, 3], concordante Lyra Amos IX [Amos IX, 11]. Ideo dicit Saluator Mat. XXII [Mat. XXII, 29]: „Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei". „Scrutamini ergo Scripturas in quibus putatis vos vitam eternam habere" Johannis V^o [Joan. V, 39]. „Errat enim qui se existimat scire quod nescit", XXX di. Quanvis [Di. 38, c. 11; Fr. I, 143].

Multum ergo erraret qui id simpliciter affirmaret quod supra firmam petram expresse et directe vel implicite et firmiter non sciret fundamentum, et in huiusmodi ponere necessitatem credendi. Et multum plus errat quam

944 id est aliud] id aliud D 945 aut si est] adque si est D] atque si est M 954 Scripture] Scriptura D M 956 debeat] debeat M 957 propterea] super hoc D] propter hoc M condemnati] condemnati sunt M 959 doctorum magistrorum] magistrorum, doctorum D M et om. D 961 XLV] XLV Wigleph D M 964 presenti] presenti ita D] presenti nisi M exigeretur] exigeret D 965 trahatur] trahantur M Ex qua] Ex Scriptura enim Sacra D] om. M 969 concordante] et D M 972 habere] hinc M V^o] VI^o D 973 XXX di.] XXXVIII dicitur D 974 id simpliciter affirmaret] simpliciter affirmaret id D (simpliciter = simr. sine notis) supra firmam petram] super firmo (sic) et vere petram D 975 expresse et om. D M vel implicite om. D M 976 errat] erraret D

dubitans pie de eodem et debitam, firmam et directam legis Dei expectans informacionem¹²⁹, ut supra.

Videamus ergo nos mutuo. Allegasti enim primo Gregorium, ut supra
 980 patuit, sed notum est quod Gregorius ex textu Ewangellii supra allegato
 Mat. XII^o [Mat. XII, 32], ratiocinando et via humana secundum artem
 logice, ut videtur, et argumentando scilicet a sensu contrario et modo indi-
 recto, elicit purgatorium, ut patet manifeste XXV^a di. Qualis [Di. 25, c. 4;
 Fr. I, 94], ubi sic dicitur, et ascribitur Gregorio ut patet ex superscripcione:
 985 „Qualis hinc quisque egreditur talis in iudicio apparebit vel presentatur:
 sed tamen de quibusdam culpis ante iudicium purgacionis igni commendan-
 dus est, pro eo, quod veritas dicit: Si quis in Spiritum blasfemias dixe-
 rit, neque in hoc seculo remittetur ei neque in futuro. In qua sententia
 M 156 v datur intelligi quasdam| culpas in hoc seculo, quasdam in futuro posse
 990 relaxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus pateat, quia
 de quibusdam conceditur”, et cetera ut ibi. Sed notum est aput theologos
 quod Scriptura regulis gramatice sive loyce necessario non subiacet, de
 quo De quadruplici missione de doctoribus Antichristi post beatum Pau-
 lum et alios doctores¹³⁰. „Quis enim nesciat sanctam Scripturam canoni-
 995 cam, tam novi quam veteris Testamenti, certis suis terminis contineri,
 eamque posterioribus omnibus| episcoporum litteris ita proponi ut de illa
 D 32 r omnino dubitari et disceptari non possit, utrum verum vel utrum rectum sit,
 quidquid in ea scriptum constiterit esse?” [Augustinus in Di. 9, c. 8; Fr. I,
 17—18]. Quare merito Mar. ewangelista, loquens in eodem spiritu et sensu
 1000 quo Mat. de eadem materia, non sic exponendo et argumentando ut Gre-
 gorius, sed simpliciter inquiring, rationabilius et dignius est acceptandus:
 dicit enim in ewangelio suo, capitulo tercio circa finem [Marc. III, 29]:
 „Qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remissio-
 nem in eternum, sed reus erit eterni delicti”. Nec Lucas sic argumentatur,
 1005 sed simpliciter dicit: „Ei qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit, non
 remittetur”, ut ibidem XII^o [Luc. XII, 10].

Quomodo ergo me fundabo| per dictum Gregorii?¹³¹ Cum dicitur IX
 di. Ego quos [Di. 9, c. 5 „Ego solis”; Fr. I, 17]: „Alios ita lego, ut quanta-
 libet sanctitate, quantalibet doctrina polleant, non iam verum putem quia
 1010 ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas Scriptu-

977 dubitans pie] pie dubitans D M 978 ut supra om. D M 979 enim] a M 982 ut videtur om. D M et om. D a] cum M 983 elicit] elici M ut] quod D M manifeste] manifestum D M 984 ascribitur] describitur D 986 commendandus] condemnandus D M 987 blasfemias] blasfemiam D 990 de uno om. M 991 et cetera om. D 992 Scriptura] Scriptura Sacra D M subiacet] subicitur D de quo] de quo vide ubi dictum est D] de quo vide M 993 beatum om. D M 995 novi quam veteris] veteris quam novi D suis terminis] terminis suis D 997 et om. M 998 constiterit] consistenterit D M 1004 nec] ut D M 1006 ut ibidem XII^o ei ut luce XII D] ut ibi di. XII M 1007 dicitur] dicit D 1008 lego] lege M quantalibet doctrina] doctrina M 1009 iam verum] ideo verum D putem] putemus M 1010 ipsi ita] ita ipsi M Scripturas om. D M

ras vel probabiles rationes, quod a vero non deviat, persuadere poterunt"; et quia quod certum non intelligo, non possum „firmiter tenere", ut eadem di. Noli [Di. 9, c. 3; Fr. I, 17], et ibi per totum; cum dicat Glossa extraordinaria Mat. XIX^o [Mat. XIX, 11] quod „Spiritus Sanctus non tetigit semper corda expositorum", de quo alibi dictum est¹⁰¹¹.

Et de argumento a contrario sensu quod in iure non adeo validum haberetur quod instancia non inveniretur, sed ubi determinacio posita in iure refertur ad factum non valet argumentum a contrario sensu: patet expresse Extra. De magistris, Prohibeas [Decr. Greg. 5, 5, 2; Fr. II, 769], super isto „Gratis accepistis, gratis date" [Mat. X, 8], non valet a contrario sensu „Non gratis accepistis, non gratis date"; et De usuris, Quanto [Decr. Greg. 5, 19, 18; Fr. II, 816], ubi prohibetur iudeis ne immoderatas usuras a christianis exigant, non autem conceditur a contrario quia moderatas, ymmo nec minimas, ut ibidem per doctores¹⁰¹². Ad id Bartholus et Archidiaconus post eum XXVII q. VII Consaldus¹⁰¹³ [Ca. 17, q. 2, c. 1 „Consaldus"; Fr. I, 813] super verbo „tradidit"; et secundum doctores super dicto capitulo „Prohibeas". Probacio ergo purgatorii per facta sive miracula non est obligatoria cum dicat lex quod non verbis sed legibus iudicandum est¹⁰¹⁴. Et tantum de ista responsione.

V, 7. Item M.:

— Secundus error¹⁰¹⁵, inquit, est quod quando dimittitur culpa, quod tunc ex toto dimitteretur pena.

Contra quem dicitur prima Corinthiorum III^o [I Cor. III, 13]¹⁰¹⁶: „Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit". Si ergo non salvatur nisi per ignem, ergo non sine pena.

Unde Augustinus, exponens illud ibidem dictum Appostoli, dicit ut habetur Corinthiorum ubi supra in Glossa ordinaria¹⁰¹⁷: „Sensus est: si quis edificat super hoc fundamentum, id est super fundamentum Christi, aurum contemplando Deum, argentum diligendo proximum, lapides preciosos bona opera faciendo, id est, qui tales sunt| ut tantum cogitent que Dei sunt, que scilicet opera non consumentur ab igne, sed nihil vel parum sentiunt. Et edificant lignum, fenum, stipulam, id est qui hiis temporalibus, infirmitati humane concessis, utuntur cum aliquo amore, sed dum divisi cogittant que mundi sunt quibus sine dolore carere non possunt; dies enim Domini, id est

1011 deviat] haboret D poterunt] potuerunt D 1012 quia quod] quia D M 1014 XIX^o] XXIX M Sanctus om. D M tetigit semper] semper tetigit D M 1015 de quo] quo D 1016 quod in iure non adeo] noniure adeo D] in iure non adeo M 1017 inveniretur] invenitur M in iure] invenire M 1018 patet] ut patet D M 1020 non valet a contrario sensu non gratis accepistis non gratis date om. D 1022 ne immoderatas] ut immoderatas D a christianis exigant] exigant a christianis D 1023 quia moderatas] quod moderatas D M 1024 ibidem] ibi D 1025 VII] II D M 1026 dicto] docto D 1028 verbis] exemplis D M 1036 ibidem] idem D 1037 supra om. M 1040 que scilicet] scilicet D 1042 edificant] edificat D M stipulam] Christi stipulam D

1015
- *ha*
folium
f. 192

1020

1025

1030

1035

1040
M 157 r

temptacio tribulacionis de quo scriptum est [*Eccli.* XXVII, 6]: Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptacio tribulacionis". Ad hoc concordat Crisostomus de imperfecto *Mat.* III^o [*Mat.* III, 11] super isto: „Ipse baptisabit vos in Spiritu Sancto et igne", sic inquit: ¹⁴⁰ „Non mox qui in aqua vel in spiritu fuerit| baptisatus | statim ad perfectum est baptisatus, nisi Dominus eum visibiliter baptisaverit in igne temptacionis, quoniam si non fuerit quis temptatus non potest esse probatus.

Species autem temptacionis sunt multe. Temtantur enim homines aut in infirmitatibus, aut in damnis rerum suarum, aut in mortibus, carorum suorum sicut *Job* et *Thobias*. Alii in cogittacionibus perversis aut in desideriis aut in diffidenciis, unde *Salomon*, sciens quoniam servos Dei oportet temptari, admonet dicens [*Eccli.* II, 1]: Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in iusticia et timore et prepara animam tuam ad temptacionem. Et, ut breviter dicamus, omnis adversitas, que sine nostra occasione tribu-| lat in hoc mundo, baptismus ignis est, quam si magnanimiter sustinueris, nihil murmurans contra Deum, imputatur tibi illa carnalis afflicio pro peccato quod comisisti. Si autem non peccasti, quod difficile est, et ignis ille temptacionis circa animam tuam non invenit sordes peccatorum quas commedat, animam tuam facit splendidiorem, et quanto fuerit gravior temptacio tanto magis facit clarescere animam. Et in aqua quidem semel baptisamur in igne autem sepe dum vivimus. Sicut enim vita nostra in hoc mundo nunquam munda est a peccato, aut enim videndo aut audiendo aut loquendo aut cogittando que non expediunt semper animus sordidatur, sic nunquam a nobis ignis tribulacionis recedere potest, et vere optabilis res est sapientibus, quoniam scriptum est: beatus homo quem Deus arguit super terram". Sed quia secundum eundem *Mat.* III^o, „multi, cum temptati fuerint, superantur et pereunt, illi tales non a Spiritu ducuntur ad temptacionem suscipiendam nec sunt filii, quoniam (*Rom.* VIII, 14) qui Spiritu Dei aguntur, hii filii Dei sunt, sed a peccatis expelluntur propriis, qui autem a Spiritu Dei ducuntur ad temptacionem non superantur. Servi autem dyaboli in igne non baptisantur, quare? quia non potest fieri ut, depositis sordibus, emendetur, qui totus est sordidus: incipe laterem aqua lavare, numquid aliquando mutatur? sed magis, comoto luto, amplius sordidatur. Ille enim mundatur in quo aliquid est boni quod emendetur, utputa bonus homo, si carnaliter viciis erit sordidatus, temptatur ut bonum eius emendetur; in illo autem, quid mundandum est in quo nihil erit boni? Secundum hoc, cum videris aliquem | perver-

1085

G 49 v
M 157 v

1090

1095
D 33 r

1100

1105

1110

1115

G 50 r

1082 de quo scriptum est ... tribulacionis *add. sec. D M et Hus In IV Sent. om. G* 1085 et igne] igne *D* 1091 aut in desideriis *om. P G* 1092 aut in diffidenciis] in diffidenciis *D* 1096 quam si magnanimiter] quod si aqua magnanimiter *D* 1099 quas commedat, animam] quid comedat ipsam animam *D*] quas comedat ipsam animam *M* 1100 fuerit gravior] gravior fuerit *D* 1107 III^o *em. sec. D M*] VII^o *G* 1109 Dei sunt] sunt Dei *D* 1110 propriis *em. sec. D M P G*] pro peccatis *G* 1112 potest] possunt *D* 1113 mutatur] demendantur *D*] mundatur? non, sed *P G* 1115 erit] fuerit *D* 1116 mundandum *emend. sec. M*] mundandus *G*] mundatum *D*

sum christianum nunquam tristari aut periclitari, cum videris hereticum
 nunquam persecucionem pati, noli scandalum pati nec dicas quoniam
 1120 heretici nunquam persecucionem paciuntur, sed fideles, quoniam mali
 homines nunquam periclitantur, sed semper boni. Scito quoniam qui
 filii Dei sunt hii tantummodo in temptacionibus baptisantur in igne; veniat
 tibi in mentem quod te docuit Paulus [*II Tim. III, 12*]: Et omnes volentes
 pie vivere, persecucionem paciuntur; mali autem homines et seductores
 1125 proficiunt in peius, errantes et in errorem mittentes.

Nunc videamus quando baptisatur in igne: postquam fuerit baptisatus
 in verbo, et postquam in aqua, postquam in spiritu, in *IIII*^{to} loco baptisatur
 M 158 r in igne. Multi autem et cum baptisati fuerint aqua non| baptisantur in
 spiritu, nisi quis ante baptismum aque sic deposuerit a se totum peccandi
 1130 propositum ut dignus sit Spiritum Sanctum in templum sui cordis susci-
 D 33 v pere: non baptisatur in spiritu, quia Spiritus Sanctus fugit hominem| fic-
 tum et non habitat in corpore subdito peccatis et ideo non fit filius Dei. Et
 hii sunt qui, cum temptati fuerint, superantur et pereunt, qui videntur qui-
 dem filii Dei facit propter aquam baptismatis, revera autem non sunt
 1135 filii Dei, quia non in spiritu baptisati, nam corpore quidem baptisati sunt,
 animo autem cathecumeni sunt, quia aqua corpus baptisavit, spiritus
 autem animam. Ergo non solum Christus solus ductus est in desertum
 a Spiritu, sed eciam omnes filii Dei habentes Spiritum Sanctum ducuntur
 a Spiritu in desertum ut et ipsi temptentur a dyabolo. Qui habent Spiritum
 1140 Dei non sunt contenti sedere ociosi, sed ipse Spiritus qui est in eis urget eos
 ad aliquod opus apprehendere magnum cui dyabolus adversatur". Hec et
 multa alia per Crisostomum ubi supra.

Et sciendum Augustinum *XXI De civitate*, in fine¹⁴¹: „Ad istam tri-
 bulacionem potest pertinere eciam mors ipsa carnis, que de primi peccati
 1145 perpetracione concepta est, ut secundum cuiusque edificium, tempus
 quod eum sequitur ab unoquoque senciatur; persecuciones quoque quibus
 martires coronati sunt et quas paciuntur quicumque christiani probantur,
 utraque edificia velud ignis et alia consummunt cum ipsis edificatoribus,
 si Christum in eis non inveniunt fundamentum; alia sine ipsis si inveniunt,
 1150 quia licet cum damno salvi erunt ipsi", quia nulla tribulacio eos ab illius
 fundamenti stabilitate semovit; „alia vero non consummunt quia repe-
 riunt qui maneant in eternum. Brit eciam in fine seculi tempore Antichristi

1119 nunquam persecucionem] persecucionem numquam D M 1121 Scito] cito D
 1122 veniat] veniet D M 1123 docuit] dacuit D Paulus] Paulus dicens D M 1124
 vivere] vivere et Christo D 1129 nisi quis] nisi enim quis D M 1133 cum om. D M
 superantur] separantur D 1135 quia non in] quia non sunt et in D] quia sunt et
 in M baptisati sunt] baptisati D 1139 qui habent] qui enim habent D] qui M
 1140 contenti] contentati D 1143 sciendum om. D M 1147 paciuntur] paciantur D M
 probantur] probant P L 1149 ipsis si] ipsi si D 1151 reperiunt qui] talia reperiunt
 que D] talia reperiuntur que M] talia reperiunt qui P L 1152 tempore Antichristi
 tribulacio] tribulacio tempore Antichristi D M

tribulacio qualis nunquam ante fuit: quam multa erunt tunc edificia| sive aurea sive ferea super optimum fundamentum quod est Christus Ihesus ut ignis ille probet utraque, de aliis gaudium, de aliis inferat damnum, neutros tamen perdat, in quibus hec inveniet propter stabile fundamentum".

Et ad istum secundum sensum ibidem Augustinus dicit: „Ecce quantum mihi videtur: inventus est ignis qui nullum eorum damnet, sed unum ditet, alterum damnificet, ambos probet". Unde secundum eundem in Speculo peccatorum¹⁴³, assumens illud quod Dominus ait per Moysen [Lev. XXIII, 29]: „Omnis anima que afflicta non fuerit die hac, peribit de populo meo", inquit: „Notanda sunt attentius verba ista: inquit: peribit eciam anima que non fuerit afflicta, subaudi, per disciplinam, per morum correccionem, per penitencie satisfaccionem, per cordis compuncionem, per consciencie purificaccionem. Et dicebat: die hac, id est in presenti tempore gracie, id est die huius vite, quoniam qui non suscipiet modo tempus penitencie, post mortem non inveniet locum indulgencie. Quapropter tu, peccator, caro, tu, superba, tu, vile cadaver quem aduc viventem vermes corroduunt qui de tuo corpuscolo corruptibili generantur, contremisce superbiam, proice vanitatem, fuge luxuriam, apprehende disciplinam, ne pereas". Et idem ait: „Tempus aquirendi vitam eternam in hac tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit esse penitenciam fructuosam. Ideo hic penitencia fructuosa est, quia potest hic homo, deposita malicia, bene vivere et, mutata voluntate,| merita simul operaque mutare, ea gerere que Deo placent; quod qui non fecerit habebit quidem penitenciam in futuro seculo de malis suis, sed indulgenciam| in conspectu Domini non inveniet, quia si erit ibi stimulus penitudinis, nulla tamen erit ibi correccio voluntatis"¹⁴³.

Sic secundum Gregorium¹⁴⁴ et Jeronimum¹⁴⁵ super illud Ecclesiastici XI [Eccle. XI, 3]: „Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit", auster futurus est vita glorie, aquilo nox future damnacionis, et lignum quilibet viator. Sensus est quod viator, quocumque ceciderit post mortem, sive ad vitam glorie, sive ad damnacionem, ibi erit, et non est dare medium. Ad idem Salvator in ewangelio Johann. IX [Joan. IX, 4]: „Veniet nox quando nemo potest operari". Jtem magnus martir Ciprianus Epistula X¹⁴⁶ dicit: „Cum hinc recessum fuerit, nullus iam penitencie locus est, nullus satisfaccionis effectus; hic vita aut amittitur aut tenetur; hic saluti eterne Dei cultu et fructu fidei pro-| videtur".

Ad idem dicit Gorra super Mat. XX^o in principio¹⁴⁷: „Vinea ecclesia, vitis Christus, palmes quilibet christianus qui bene palmiti comparatur,

1154 Christus Ihesus] Ihesus Christus *M* 1155 utraque] utramque eisdem *D* 1156 inveniet] inveniat *D* 1157 secundum sensum] sensum *D M* 1159 secundum eundem *add. sec. D M* 1162 inquit Notanda] in quid Notanda *M* 1163 eciam *om. D M* 1166 suscipiet] suscipit *D M* 1174 Ea gerere] et ea gerere *D* 1175 qui non] qui in hac vita non *D M* 1176 inveniet] inveniat *D* erit ibi] ibi erit *D* 1184 nox] vox *M* 1189 Gorra.] Gorram *D M* super] super illud *D XX^o om. M* 1189 vinea] vinea est *D*] vinea mea *M* 1190 palmiti] compalmiti *D*] plantati *M*

G 50 v

1155

1160

1165

1170

M 158 v

1175

D 34 r

1180

1185

G 51 r

1190

qui a se non fert fructum sed a vite trahit humorem et tunc fructificat. Sic homo a seipso non facit bonum, sed quando habet gratiam a Deo, et hoc ipse Deus dicit: Sine me nihil potestis facere. Qui, si fuerit infructuosus, excidetur per mortem et in ignem mittetur per penam; si vero fuerit fructuosus, purgabit eum per tribulationes ut plus fructificet. Diversis enim horis in eam operarios vocavit: diverse hore sunt sex hominis etates, scilicet puericia, adolescencia, iuventus, senectus, maturitas et decrepita etas. In hiis horis in vinea Domini, hoc est circa salutem anime nostre, laborare debemus, quia hic est locus laborandi, in futuro autem quiescendi, et hoc duo versiculi dicunt:

Nunc locus est flendi, locus est peccata lugendi,
postea gaudebunt qui nunc sua crimina flebunt".

Hec ille.

V, 8. Et M. replicando inquit:

1205 — Quid nam dicis ad id quod dicitur Luce VII^o [*Luc. VII, 47*]: „Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum”? Super quo dicit Lyra et communiter doctores dicunt quod „in peccato sunt duo remittenda scilicet culpa et pena. Culpa autem ex Dei liberalitate remittitur, cum nullum meritorium bonum posset esse in nobis sine gracia, quam non habemus ante culpe remissionem.

Sed, habita gracia et culpa dimissa, aduc remanet pena remittenda ad cuius remissionem facit bonum opus nostrum caritate informatum. Et de hac remissione loquitur Dominus, cum sequitur ibidem: Cui, ait, minus dimittitur, minus diligit". Sic dicitur de David secundi Regum XII^o [*II Reg. XII, 13—14*], qui licet dicens ad Nathan prophetam: „Peccavi in Domino”, sibi propheta dixit: „Dominus transtulit peccatum tuum ne morieris”, nihilominus tamen subiungit penam: „Veruntamen, qui natus est tibi morte morietur".

Et ideo sequitur quod non totum dimittitur peccatum, saltem quo ad penam, cuius tamen oppositum, ut videtur, tu intendis.

Ad hoc V.:

— Scio, inquit, quod „remissio culpe aut nulla est aut totalis simul, sed remissio pene fit per partes et non tota simul de communi cursu, licet aliquando fiat tota simul propter fervorem penitentis et eciam ex mera liberalitate Dei, sicut fuit in muliere peccatrice de qua allegasti ewangelium¹⁴⁸ de quo subditur [*Luc. VII, 48*]: remittuntur tibi peccata tua, non solum quantum ad culpam, sed eciam quantum ad penam ex vehementi

1192 habet gratiam] gratiam habet *D M* 1193 infructuosus] infructuosus *D* 1199 quiescendi] locus quiescendi *D M* 1201 lugendi] laendi *D*] luendi *M* 1205 dicitur] scribitur *D M* VII^o] VIII^o *D M* 1208 remittitur] premititur *D M* 1216 ne morieris] non morieris *D M* *sec. Vulg.* 1217 qui natus est] tamen filius qui natus est *D*] tamen qui natus est *M* 1218 morietur] morietur etc. *D M* 1223 non tota] non totalis *D* 1226 quo] qua *D*

amore Dei et horrore peccati preteriti", ut dicit Lyra ibidem. Ex quo patet quod meritum passionis Iesu Christi, „cuius sanguis ianuam celorum fidelibus suis misericorditer reseravit", ut Extra. De bapt. Mayores [Decr. Greg. 3, 42, 3; Fr. II, 644—645], cum opere nostro caritate informato et horror peccati preteriti et futuri sufficiunt in homine existenti bone voluntatis ad deleccionem culpe et tocius pene et gracie infusionem, de quo vide ubi dictum est in Punctis, quomodo Agnus Dei tollit peccata mundi et quomodo Verbum Dei dimittit peccata¹⁴⁹.

Per ista igitur dicta et consimilia non plus probas nisi quod homo penitens, si ab inicio et contriccione non tantum dolet quantum se glorificavit in deliciis sed pro parte deficit, quod pro eadem pro remissione totalis culpe et dolere debet et semper, quia nescit „homo an amore vel odio dignus sit" [Eccle. IX, 1]¹⁵⁰, et incendi in penitencia et a Deo sperare totalem remissionem non ex suis meritis sed Dei gracia et merito passionis Christi.

Et quomodo contriccio potest dupliciter intendi ut et tota pena deleatur, vide in Punctis ubi dictum est de contriccione post principium¹⁵¹.

Per hec autem non probas quod dicta pena, ut dicis pro parte non remissa, servatur alicui salvando post hanc vitam, cum nec in Scriptura Sacra vel in Scriptura in lege Dei fundata, ut videtur, hoc inveniatur, nec per adductos sanctos scilicet David, Petrum et ceteros¹⁵², illud probatur, quia nulli eorum post hanc vitam huiusmodi pena servata fuit sed in presenti vita dimissa.

Unde dicit Crisostomus in Sermone de penitencia¹⁵³: „Per te, o penitencia, latronem subito rapuit Christus ad regnum, per te David felix factus iterum recepit spiritum, per te Manasses receptus fuit, per te Petrus postquam ter negavit indulgenciam recepit, per te filius prodigus paternum amplexum adipisci meruit, per te civitas Niniven non solum decreto mortis periculum evasit, sed et vite incognite coronam accepit. O penitencia, omnia ligata tu solvis, omnia adversa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia disperata tu animas". Et de materia penitencie late dictum est in Punctis¹⁵⁴.

V, 9. Et rursum M.:

— Sed quid dices de hiis qui, ut dicitur, hic non sufficienter penituerunt, vel quia in articulo mortis incomplete penitent?

Et V.:

— Respondit tibi Paulus quod non solum insufficientes sumus penitere ex nobis tamquam ex nobis sed „fiduciam talem habemus per Christum ad

1232 existenti] existente D 1236 consimilia] consilia D 1237 et contriccione] in contriccione D M 1239 nescit] non scit D M 1240 incendi em. sec. M] incedi G] intendi D penitencia] penitenciam M 1244 probas quod] probes quod D] probat ut M 1247 probatur] probant M 1248 sed] sed semper D M 1250 per te emend. sec. D M] Petri G 1255 et vite] ad vite M 1257 sanas] servas M disperata] despreta M 1259 rursum M.] M. rursum D 1261 penitent] penituerunt M

G 52 r¹²⁶⁵ Deum;| non quod sufficientes simus aliquid cogitare ex nobis quasi ex nobis, sed sufficiencia nostra ex Deo est", Secunda Corinthiorum III^o [II Cor. III, 4-5].

1270 „Est enim penitencia interior et exterior. Si interior penitudo tanta fuerit ut sit sufficiens ulcio peccati, Deus qui hoc novit, ab illo qui taliter penitet ulterius penitenciam non exigit; si vero interior penitudo non sufficit in vindictam peccati, nec exterior penitencia impletur, Deus, qui modos et mensuras peccatorum et penarum novit, addit penam sufficientem", ut habetur IIII^{ti} Sentenciarum di. XX¹⁵⁵, eciam in fine vite, sicut patet de latrone de quo supra, et in fine conversionis, ut patebit infra de filio prodigo. Et satis innuit Jeronimus in Sentenciis eodem libro di. XV¹⁵⁶.

1275 „Gravia peccata hic puniri gravi supplicio, et in futuro eternaliter pacienda, de quibus penitencia non agitur inter flagella, levia vero que hic puniuntur levi pena, compensacionem recipere", de qua eciam supra secundum Crisostomum de igne tribulacionis. „Quoniam Deus semper potens est, semper, eciam in morte, iuvare valet quibus placet".

1280 M 159 v Cum itaque| opus sit non hominis, sed Dei fructifera penitencia, inspirare eam potest quencumque wult, sua misericordia, et remunerare ex sua misericordia quos damnare potest ex iusticia", ut De penitencia di. ultima c. ultimo [Ca. 33, q. 3 „de penit.", di. 7, c. 6; Fr. I, 1246]: „hic enim

1285 honore dignus est quemcumque rex wult honorare" Hester VI^o [Esth. VI, 11]. Ista igitur sufficiencia non est solum in nostris meritis constituta, cum docuit Salvator suos discipulos se dicere inutiles servos, eciam si fecerint quecumque precepta eis fuerint [Luc. XVII, 10], sed et in Christi meritis et Dei miserantis et potentis supplere omnes nostros defectus. Maxima enim

1290 misericordia est sangwinem pro captivis dare, ut Zacharie IX [Zac. IX, 11] dicitur¹⁵⁷: „Tu quoque", scilicet „o Christe", „in sangwine testamenti tui", „id est virtute sangwinis tui in cruce effusi" „qui est confirmacio novi testamenti Mat. XXVI [Mat. XXVI, 28]", emisisti vinctos tuos de lacu in| quo non est aqua, et cetera".

D 35 v 1295 Passio igitur Christi et suus sangwis pro nobis effusus et suus sermo sanat omnes et defectus nostros et insufficiencias supplet; dum fuerimus bone voluntatis eciam in fine vite erit nobis pax et liberabimur ab omni malo culpe et pene, ut ipse inquit per prophetam, Zacharie X^o [Zac. X, 8]: „quia redemi eos, scilicet passione mea"; Johan. XI^o [Joan. XI, 52] „Jhesus

1265 aliquid cogitare emend. sec. D M Vulg.] cogitare aliquid G 1266 sufficiencia nostra] sufficienciam nostram D 1268 interior et exterior] exterior et interior D Si interior penitudo] Si enim interior penitendo D] Si enim interior penitudo M 1270 Si vero interior] sive vero interior D] Si enim interior M 1276 hic] et hic sec. Petrum Lomb. supplicio ... inter om. D eternaliter pacienda] punienda eternaliter sec. Petr. Lomb. 1279 Deus semper om. D 1280 valet] valeat M 1282 quencumque] quandocumque sec. Decretum 1283 ex sua] ex D M sec. Decretum 1286 in nostris] ex nostris M 1287 eciam] sed eciam D 1288 sed et] sed D M 1291 scilicet om. D M 1292 id est virtute] id est in virtute sec. Lyram 1294 et cetera om. D M 1295 suus sermo] sermo suus D M 1299 passione mea] mea passione D M Jhesus] quod Jhesus D M

moriturus erat non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi", 1300
 scilicet per varios errores gentilium¹⁵⁸, „congregaret in unum”¹⁵⁹.

Quomodo enim homini eciam in fine vite, proposse dolenti et deside-
 ranti remissionem, misericors Deus, divina virtute sua infinita qua opera-
 tur in instanti, ante mortem non pararet perfectam sanitatem quo ad remis-
 sionem culpe et pene, cum semper paratus sit mayora et plurima parare 1305
 beneficia quam homo potest desiderare, cum secundum commune dictum
 doctorum Dominus „quos sanavit corpore sanavit et mente”¹⁶⁰, et „totum
 hominem salvum fecit”, Johan. V^o et VII^o [*Joan.* V, 9; VII, 23] et ibi
 secundum Lyram, „et opus imperfectionis non novit”, ut Extra. De bap-
 tismo, Mayores [*Decr. Greg.* 3, 42, 3; *Fr.* II, 646]. 1310

Ad hoc eciam facit sua mera liberalitas de qua Romanorum IX [*Rom.*
 IX, 13—16, 18, 20—21] ubi dicit Lyra¹⁶¹ „quod alicui datur ex mera libe-
 ralitate gracia, ut dicit: Jacob dilexi, Esau autem odio habui, iniusticia
 non habet locum, si non detur alteri, quia gracia potest fieri uni et non alteri
 sine iniusticia, et hoc dicit manifeste Salvator Matt. XX [*Mat.* XX, 13] 1315
 de cultoribus vinee: Amice, non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est.
 Et hanc sententiam declarat ibidem Appostolus dicens: Quid ergo dicemus?
 numquid iniquitas est aput Deum? Absit. Moysi enim dixit: Misereor,
 Glossa: dando gratiam in tempore, cuius misereor, Glossa: in eterna predes-
 tinacione, et misericordiam prestabo, Glossa: dando gloriam in effectu, 1320
 cuius misereor, Glossa: concedendo nunc sibi gratiam finalem. Igitur non
 est volentis, neque currentis: Glossa: scilicet hominis quantum ad affectum
 vel effectum facere bonum meritorium quod excedit hominis facultatem
 sed miserentis Dei est, Glossa: quia sua mera liberalitate eternaliter elegit
 ad gloriam et temporaliter electis dat gratiam”. Ideo sequitur conclusive: 1325
 „Ergo cuius vult miseretur, Glossa: dando ei gratiam finalem et gloriam,
 et hoc convenit ei per se, et quem vult indurat, Glossa: hoc convenit ei
 tantum per accidens”. „Quod enim non electi a Deo in peccatum ruunt,
 non est propter Dei defectum, cum non deficiant eis instinctus divini ad
 bonum, sed per defectum liberi arbitrii non recipientis illos instinctus,
 et sic eis iuste gracia denegatur, et sic ulterius in peccatis indurantur| 1330
 a malicia sua| per se, sed per accidens tantum a Deo, quia removet gratiam
 que nata est cor humanum mollificare. Retrahit tamen eam iuste, et sic
 indurati ordinantur ad penam”.

Diceres forte „ex quo ex voluntate Dei dependet induraccio peccatoris 1335
 et vocaccio iusti, videtur quod iusticia et peccatum non sunt imputanda

1301 scilicet per] per *D M* 1304 pararet] prestaret *D M* sanitatem] caritatem *D*
 1305 plurima] plura *D M* 1308 Johan.] ad hoc Johan. *D* et ibi] ibidem *M* 1311
 Romanorum] ad Romanos *M* 1313 ut dicit] ut Jacob ut dicitur *D*] ut dicitur *M*
 1314 habet] potest *M* detur] datur *D* 1315 iniusticia *emend. sec. D M*] iusticia *G*
 dicit manifeste] manifeste dicit *D M* 1317 ergo *sec. Vulg. om. D* 1318 misereor,
 Glossa] misereor *D M* 1324 elegit] eligit *M* 1328 a Deo] a Domino adeo *M* 1331
 et sic eis iuste] et fit eis iuste *M* 1333 humanum] humani *M* 1336 sunt] essent *D M*

homini ad meritum vel demeritum". „Hoc argumentum ostenditur primo irrationale ex parte hominis arguentis. Qui enim arguit factum alicuius debet illud intelligere, aliter arguit irrationabiliter. Sed minimum opus
 1340 Dei non potest homo ad plene intelligere, utpote de folio arboris quare sit tante quantitatis et tante figure, et sic de aliis condiccionibus. Et multo
 G 53 r minus intelligere potest maxima opera eius de quibus sunt eleccio et reprobacio".

Jdeo dicit Appostolus: „O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Num-
 1345 quid dicit figmentum ei qui se finxit: Quid me sic fecisti? Glossa: quasi diceret non, quia non intelligit modum nec rationem sue fictionis, et sic est in proposito". „Wult enim Deus primo et per se suam gloriam manifestare, que sicut manifestatur per viam misericordie in electis qui vocantur ad gloriam, ita per viam iusticie in reprobis qui reservantur ad penam,
 1350 exemplo figuli qui racionabiliter ex eadem massa format quedam vasa ad officia honorabilia et quedam ad contemtibilia".

Et hoc innuit Appostolus: „An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere illud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Glossa: quasi diceret ymmo, et multo forcius Deus in natura humana que plus habet a Deo a quo est per creacionem, quam lutum a figulo quod non est creatum ab ipso sed supponit ipsum in opere suo", ut Romanorum IX et secundum Lyram ibidem, concor. Ysa. XXVIII^o [Is. XXIX, 16; XXXVIII, 15] et X [Is. X, 22–23].

Unde Augustinus libro III^o de ly. ar.:¹⁶² „Nemo venit nisi tractus.
 1360 Quare illum trahat et illum non trahat, velle noli iudicare, si non vis errare, sed accipe intellige. Si nondum traheris, ora ut traheris".

Unde Origenes Numeri XXI⁶³: „Providencia Dei ita omnia disposuit quod nihil ociosum remansit. Maliciam non fecit: cum tamen ab aliis inventam prohibere possit, non prohibet. Si enim malicia non esset, virtus contrarium non haberet, nec claresceret, nec examinaccio fieret, nec
 1365 virtus esset. Tolle maliciam fratrum Yoseph et invidiam, simul perimes dispensacionem Dei et que in Egipto pro salute omnium gesta sunt. Si Yoseph non venditur, somnium pharaonis non exponitur, nemo frumenta in Egipto congregabit, peribit Egiptus et finitime regiones, et ipse Israel
 36 v et semen eius, querens panem, Egiptum non ingreditur, nec egreditur in
 1370 mirabilibus Dei, nec fient virtutes quas fecit per Moysen et Aaron, nemo

1339 minimum] sed minimum M 1340 ad plene] ad plenum D M folio] filio D M
 1341 tante figure] talis figure D sic de aliis condiccionibus] cy s (?) D et multo
 minus] e multominus M 1342 intelligere potest] potest intelligere D 1349 reservantur]
 servantur D 1353 quidem] id quidem D] quidam M 1356 non est creatum emend. sec.
 sensum et D M] est creatum G opere suo] opere suo etc. D M 1360 velle noli]
 noli velle D] noli velle M 1361 accipe] accipe et D M 1362 XXI] XXII D M dis-
 posuit quod] disponit quod D] disponit ut M 1367 omnium gesta] omnium gencium
 gesta D M 1370 ingreditur nec egreditur] ingrediatur nec egrediatur M 1371 fient]
 fiant D

Mare Rubrum sicco pede transibit, non dabitur manna nec aqua de petra nec lex in Monte Synay, terram promissionis nullus intrabit. Tolle regis Balaad maliciam et non erunt profecie Balaam. Aufer maliciam Iude et prodicionem, auferes pariter et crucem Christi et passionem. Si non fuisset mors Christi nec resurreccio eius nec aliquis primogenitus ex mortuis nec spes resurreccionis. Tolle astucias dyaboli, nec erit corona victorie nec victoribus munera parentur. Non solum ergo bonis| utitur Deus ad opus bonum, sed eciam malis: sunt vasa | ad honorem, sunt ad contumeliam, utraque tamen necessaria." Hec Origenes.

1375

G 53 v

M 160 v

1380

Unde Appostolus exclamando Ro. XI [Rom. XI, 33] dicit¹⁶⁴: „O altitudo diviciarum sapiencie, Glossa: quantum ad divina, et sciencie Dei, Glossa: quantum ad fienda circa homines quarum raciones non possunt a nobis attingi". Ideo subditur [Rom. XI, 33—36]: „Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius! Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula. Amen". Unde Mat. XI [Mat. XI, 25—26], cum dixit Salvator: „Confiteor tibi, Domine Pater celi et terre", et cetera, pro racione subiunxit: „Jta, Pater, quoniam sic placitum fuit ante te".

1385

1390

Consulo igitur cuilibet volenti homines damnare, vel in damnacionem ipsorum hic ab hominibus factam consentire, et de pena purgatorii post hanc vitam et sufficienti penitencia in presenti vita et in articulo mortis diffinire, considerare predicta et quod scribitur Ecclesiastici III^o [Eccli. III, 22—24]: „Alciora te ne quesieris et forciora te ne scrutatus fueris, sed que precepit Deus tibi illa cogitta semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: non enim tibi necessarium ea que abscondita sunt videre oculis tuis, et in supervacuis rebus noli scrutari", sed, ut dicitur ibidem X [Eccli. V, 5—9], „de propiciatu peccatorum noli esse sine metu neque adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Miseracio Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proxinant, et in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius, et in tempore vindicte disperdet te". Quia, ut dicitur ibidem III^o [Eccli. III, 7]: „Cor durum male habebit in novissimo et qui amat periculum in illo peribit". Ideo Crisostomus De compunccione¹⁶⁵ inquit: „Qui prawe vivendo penitenciam agit in mortis periculo, sicut eius damnaccio incerta est, sic et remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgencia,

1395

1400

D 37 r

1405

1372 transibit] pertransibit M 1373 Synay] Syna D M 1375 et crucem] crucem D 1377 spes add. sec. D M om. G 1386 dedit ei] dedit illi D 1390 ante te sec. Vulg.] ante D 1391 consulo igitur] consulantur D 1397 sunt videre] videre D 1398 noli om. D X] V D M 1401 miserebitur] miserabitur M 1402 proxinant] proximat D peccatores] peccatorem D 1406 compunccione] compunccione cordis D prawe] peccare D 1407 sicut eius ... sic et] sed eius ... tum sic M

sanus peniteat sanusque perpetrata facinora defleat". Crisostomus: „Hic
 1410 erit dies iudicii qui aduc hic vivi capientur in celum, et si qua peccata venia-
 lia in eis fuerint, per terrores purgabuntur, licet instantanee morientur,
 et statim immutabuntur, ut Appostolus dicit [*I Cor. XV, 52*], et sic hic
 G 54 r arta datur electis et in futuro | gloria". Hec ille. Et de ista procrastinac-
 1415 oracionis dominice in quinto et octavo modo accidie¹⁶⁶. Ad id Gregorius in
 dyalogorum libro I^o quasi conclusive¹⁶⁷ dicit: „Optineri nequaquam possunt
 que predestinata non fuerint, sed ea que sancti viri orando efficiunt ita
 predestinata sunt ut precibus obtineant, nam ipsa quoque perhennis
 Regni predestinaccio ita est ab omnipotenti Deo disposita ut ad hec electi
 1420 ex labore perveniant, quatenus postulando mereantur accipere quod eis
 omnipotens Deus ante secula disposuit donare" et cetera.

V, 10. Et insuper V.,

— Ut revertamus ad propositum, peto, inquit, ut audias me causa collac-
 cionis, et, si potes, responde mihi. Pono enim quod quis, secundum te, non
 1425 sufficienter penituit vel sit quidam qui toto tempore vite sue peccans et
 in fine penitet, non tamen sufficienter. Secundum te ergo non statim evolat
 ad superna, ut dicis, sed ad purgatorium in quo tempore medio punietur,
 et tandem ad patriam pertingat.

Et sit alius semper principaliter bonus et secundum presentem iusti-
 1430 ciam multa bona faciens, sed tempore mortis incidit in peccatum mortale
 et ita decedit. Quare et huic non ponis aduc locum medium in quo remune-
 raretur prius de bonis | hic factis ab eo, cum nullum bonum irremuneratum
 antequam descendat ad inferos, sed statim dicis sic morientem transeun-
 dum ad inferna? Quare ergo non et primum dicis statim eciam transi-
 1435 turum ad celos post mortem, ymmo sicut pertinet ad iusticiam Dei quod
 iste secundus, qui factus est omnium reus quia in uno offendit [*Jac. II, 10*],
 statim post hanc vitam in puncto ad inferna descendit, ut Job XXI [*Job*
 XXI, 13]? Sic multo magis ad Dei misericordiam pertinere videtur quod
 eciam primus post hanc vitam in puncto ad celum ascendat, cum miseri-
 cordia „eius super omnia opera eius" [*Ps. CXLIV, 9*]. Si | autem dicis quod
 D 37 1440 secundus recepit hic mercedem suam sicut dives Epulo cui dicebatur [*Luc.*
 XVI, 25]: „recepisti bona in vita tua", quia, ut dicunt doctores commu-
 niter quod „damnandi eciam usque ad mortem inclusive temporaliter hic

1409 Crisostomus ... gloria om. D M 1414 et penitencia sera] in penitencia ecce D
 1415 oracionis om. D et octavo] et in octavo D M 1418 ut precibus] in precibus
 D 1419 ad hec] et hec M 1421 disposuit donare] donare disposuit D M et cetera
 om. D M 1423 revertamus] revertamur D 1424 responde mihi] respondere et mihi D
 1426 et in fine] et D M evolat] volat D M 1427 superna] patriam D M 1429 semper
 principaliter] qui semper putetur D M 1433 morientem emend. sec. D M] moriendum
 G 1434 statim eciam] eciam statim D M 1435 ad celos post mortem] post mortem
 ad celos D M 1439 primus post] post D 1441 recepit hic] hic recipit D] recipit
 hic M

remunerantur ita quod etiam levius moriuntur", sic quod secundum Lyram Job, ubi supra, „inter prosperitates et sepulturam eorum et vitam eorum naturalem non intervenit eis temporalis aliqua adversitas sed [Job XXI, 13] ducunt in bonis suos dies", dico tibi suo modo: de primo, quod etiam hic recepit penam suam, quia huiusmodi, ut vult Appostolus prima ad Thi. VI^o [I Tim. VI, 10] „inseuerunt se multis doloribus", quia, secundum Glossam¹⁶⁸ ibidem, „mali homines continue sentiunt mentis dolores, propter quod dicit Augustinus: malus animus est sibi ipsi pena" quia „vermis eorum non morietur et ignis eorum non extingwetur" [Is. LXVI, 24] „vermis scilicet consciencie et sinderesis que semper remurmurat malo et congaudet bono, cum ratio semper deprecatur ad optima", ut dicunt doctores super Ysa. ultimo¹⁶⁹ [Is. LXVI, 24].

Unde filius prodigus quia sua consumsit, in penam illius famem passus est „et cupiebat ventrem suum implere de siliquis quas porci manducabant, et nemo illi dabat" Luce XV [Luc. XV, 16]. Et, secundum doctores¹⁷⁰, „communitur salvandi usque ad mortem inclusive tandem puniuntur quod cum maiori amaritudine et dolore de hoc medio transiunt", sicut Jhesus „clamans voce magna expiravit" Luce XXIII^o [Luc. XXIII, 46] ut dicit etiam Appostolus Hebre. [Heb. V, 7] quod „cum clamore valido et cum lacrimis exauditus est pro sua reverencia" Hebre. V^o, et cetera.

Si autem dixeris quod, licet secundus damnetur, sua bona hic facta prosunt ad extremi iudicii tollerabilius subeundum supplicium, dico tibi: consimiliter de primo, licet habebit denarium diurnum, sunt tamen diverse mansiones et difference premiorum in regno celorum, ut etiam supra tactum est, et cetera.

Et, ut clarius intelligamus, pono quod sit quidam sicut filius prodigus qui omni tempore vite sue „dissipavit substanciam suam vivendo luxuriose", sed postea „in se reversus", dicat: „Surgam et ibo ad patrem meum, et dicam illi: Pater, peccavi in celum et coram te", et cetera. Et „surgens, venit ad patrem suum", „per vite scilicet melioracionem". Numquid pater eum tempore medio puniet et a se elonget? Ymmo non, sed potius, „cum aduc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et occurrens cecidit supra collum eius, et osculatus est eum dixitque ad servos suos: Cito proferte stolam primam, et induite illum, et date annulum in manum eius et calceamenta in pedibus eius, et adducite vitulum sagena-

1444 quod secundum Lyram Job] quod secundum Lyram D] secundum Lyram Job M
 1446 temporalis om. D 1447 etiam hic recepit] et hic recepit D] est hic recepit M 1448
 ad Thi.] Thi. D M 1449 doloribus sec. Vulg.] doctoribus D 1450 sentiunt] fruunt(?) D
 1453 remurmurat] remunerat D M 1456 famem] famam D 1458 Luce XV] ut Luce
 XV D M 1460 maiori] amaiori M transiunt] transint D 1464 et cetera si] si D M
 1465 sua bona] tamen sua bona D M 1468 et difference] difference M celorum]
 celesti D 1469 tactum est, et cetera.] tactum est D M 1474 scilicet melioracionem]
 melioracionem D M 1475 tempore medio] medio M elonget] alonget D 1479 pedibus
 eius sec. Vulg.] pedibus D

1480 tum et interficite et manducemus et epulemur, quia hic filius meus mortuus
 fuit, et revixit, perierat et inventus est. Et ceperunt omnes epulari”.
 M 161 v Numquid iuste „senior| existens in agro, id est homo a iuventute in operi-
 G 55 r bus virtuosus exercitatus”, admirans|, quasi non esset dignus huiusmodi
 dissipator tanto bono, indignaretur contra patrem quod iuniori filio „hoc
 1485 est peccatori penitenti qui diu male vixit maiorem dedit gratiam, et per
 consequens maiorem gloriam, quam illi qui bene vixit a iuventute”? Utique
 non, sed Deus Pater ostendit quod hoc „non provenit ex parte penitentis,
 sed ex infinita bonitate Dei conferentis secundum sua vera iudicia facultatem
 humanam omnino transcendentia”. Hec Luce XV [*Luc. XV, 13—28*]
 1490 et secundum Lyram ibidem.

Manet igitur firma sententia de tristega domo secundum Crisostomum,
 et de duabus viis per Christum positis et a suis Appostolis et propinquis
 sanctis. Et si nos crederemus illis sanctis et Zacharie prophete, crederemus
 forsitan et Christo. Nam ille scilicet Zacharias, de hoc manifeste dicit XIII^o
 1495 capitulo [*Zac. XIII, 8—9*] sic: „Et erunt in omni terra, dicit Dominus:
 partes due in ea dispergentur et deficient”, Glossa: „quarum una est
 Judeorum obstinatorum, alia est Gentilium in infidelitate remanencium
 qui defecerunt in gracia et virtutibus, tertia vero pars est Christianorum,
 de qua sequitur”: „et tertia pars relinquetur in ea”. „Et ne, secundum
 1500 Glossam ordinariam, ista tertia pars sit delicata et segura, per ignem
 tribulacionis probatur”. Jdeo sequitur: „Et ducam tertiã partem per
 ignem”, Glossa: „acerbe tribulacionis, quia Christiani primo fuerunt
 afflicti a Iudeis, ut patet in Actibus Appostolorum in pluribus locis, et
 1505 postea a romanis principibus et aliis tirrannis, gravius affligentur in per-
 secucione Antichristi. Verumtamen hec tribulaccio est ad probaccionem
 electorum et augmentum glorie ipsorum”. Jdeo subditur: „Et uram eos
 sicut uritur argentum, et probabo eos sicut probatur aurum”, Glossa:
 „ut nulla remaneat in eis inmundicia”, „Et quia preces talium sunt exaudi-
 biles, ideo sequitur: Jpse invocabit nomen meum”, Glossa: „in oracione
 1510 devota”, „et ego exaudiam eum”, Glossa: „ad nutum”, „et dicam: Populus
 D 38 v meus es; et ipse dicet: Dominus Deus meus”, Glossa: „quia confitebitur|
 me per fidem, et ego eum per approbaccionem”. Hec ibi et secundum Lyram
 et Glossam ordinariam¹⁷¹.

Et sic patet quod, si illa tertia pars uritur hic, ut nulla remaneat in ea
 1515 inmundicia, ut hec dicit Scriptura, patet consequenter, ut videtur, quod et
 huic, parte probata, remittitur in hac vita et ad minus ante mortem, non

1480 sagenatum] saginatum *sec. Vulg. D M* interficite] occidite *sec. Vulg. D* 1481 et
 inventus *sec. Vulg.*] inventus *M* 1483 huiusmodi] huius *D M* 1488 conferentis]
 confereitis *M* 1493 et Zacharie] 2^o Zacharie *D* 1496 deficient *sec. Vulg.*] deficient
D 1504 gravior] et gravior *D* 1507 et probabo *sec. Vulg.*] vel probabo *M* 1510
 Glossa ad nutum ... meus] Glossa *add. sec. D M, G in margine* 1512 et ego *om. D* 1514
 sic patet] sic plane patet *D*] sic plene patet *M* ut nulla] et ulla *D* 1515 ut videtur
om. D M 1516 parte probata *emend. valde dubitans sec. D*] per te probate *G M*

solum culpa sed et tota pena quia, deficiente causa, merito deficere debet et effectus, quod erat principale intentum pro finali responsione istius secundi dicti erroris obiecti, et iterum de veritate purgatorii post hanc vitam, ubi dictum est de quadri-| stega domo supra, et cetera.

V, 11. Insuper patet quomodo untelligendum sit dictum Appostoli supra [*I Cor. III, 13*]: „Quod uniuscuiusque opus ignis probabit”. Et sic vide secundum Crisostomum *Mat. III^o* [*Mat. III, 12*]¹⁷² quoniam „non dixit Johannes: mundabit aream suam, sed: permundabit. Tempore enim usque ad consumacionem seculi semper necesse est ut diversis modis temptetur Ecclesia donec permundetur, et ideo Ecclesia Christi nunquam sine tentacione dimissa est. Et primum quidem ventilaverunt Iudei eam, deinde Gentiles, modo Heretici» qui sunt et scismatici, constituentes sibi episcopos quasi proprios reges, de quo per eundem *Mat. I^o* [*Mat. I, 7*] super isto: Roboam autem¹⁷³. „Post modo perventilabit Antichristus. Sicut enim quando modica aura est, non permundatur tota tritici massa, sed leviores quidem palee modica aura| iactantur, graviores autem remanent et vacua grana, necesse est ergo ut maior expectetur ventus et ut graviores palee et vacua grana iactentur; sic et quando est modica tentacio illi pereunt de Ecclesia qui multum sunt infideles. Ideo necessaria est temptaccio maior ut omnes infideles plenius expellantur et urgetur Ecclesia, et modo quidem, modico flatu temptacionis flante, pessimi homines recedunt. Si autem surrexerit maior temptaccio, et illi qui videntur stabiles, sunt exituri”. Hec ille.

Rogo, carissimi¹⁷⁴, perpendite dictum istius sancti. Cum vero spiritu locutus est cum propheta Zacharia, ut supra [*Zac. XIII, 9*], et exponens¹⁷⁵ quomodo illa tertia pars uritur ut, purgata a scorea sicut aurum purissimum et triticum mundum in oreo, sive in celesti regno, reponatur, ut primi sint leviores palee, id est pessimi homines Christiani, qui et modico igne temptacionis pereunt; secundi sunt palee graviores et grana vacua ut peyores| christiani et communiter infideles, qui ad ignem maioris temptacionis exeunt; terti sunt mali, qui videbantur stabiles, sed, quia neque calidi neque frigidi sed tepidi, evomit eos [*Apoc. III, 16*] Ecclesia Christi temptacionibus insevientibus, et ipsi exiunt, et remanet tantum quarta pars tertiae que uritur diversis modis ut „argentum igne examinatum, probatum terre, purgatum septuplum”, ut *psa. XI* [*Ps. XI, 7*]. Sic dicitur

1519 de veritate purgatorii] patet quantum varitatis habeat dictum qua ponitur purgatorium D] patet quantum veritatis habeat dictum quo ponitur purgatorium M ubi dictum est ... et cetera om. D M 1526 ecclesia donec] ecclesia Christi donec D 1528 modo Heretici] modum autem Heretici D] modum Heretici M 1532 iactantur] iactatur D 1534 est modica] modica est D 1537 recedunt] recedant D M 1540 cum vero] quomodo uno D M 1541 ut supra et] ubi supra D 1542 a scorea] ast oreo G D] ascorea M 1543 sive in] sive D M 1545 temptacionis] per temptacionis D 1547 exeunt] exiunt D M 1549 temptacionibus] et temptacionibus D M remanet tantum ... que uritur] remanet unde ... convertitur M 1551 terre purgatum emend. sec. Vulg. D] ter repurgatum G M Sic dicitur] Sic debet D

1520
G 53 v

1525

1530

M 162 r

1535

1540

1545

D 39 r

1550

G 56 r Psalmo XVI [*Ps. XVI, 3*]: „Probasti cor meum et visitasti nocte; me igne examinasti”, Glossa: „scilicet tribulacionis me purificantis a meis insolenciis, sine quibus non transitur vita humana secundum quod dicitur [*Prov. XVII, 3*]: erit quasi in igne quo probatur aurum et in camino argentum, ita homines receptibiles in camino tribulacionis probantur”. Hec Lyra in Psalmo ubi supra.

1555 Ecce, fratres, non solum in quantum mihi videtur, ut dixit Augustinus supra, sed ymmo revera invenimus ignem qui probat aurum et purgat argentum, secundum hec scripta; et eciam, ut dictum est secundum Appostolum supra [*I Cor. III, 13*], „Deo gracias quod invenimus ignem”, et cetera. Hoc enim vult dicere parabola seminantis *Mat. XIII^o* [*Mat. XIII, 4—9, 18—23*], ut due partes que relinquuntur in terra sint omnes et singuli Verbum Dei non audientes, qui relictus sunt, iam et condemnati. Quia, „quomodo 1565 credent in eum quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante?” [*Rom. X, 14*] „Fides enim ex auditu est, auditus autem per Verbum Dei”, ut dicit Appostolus¹⁷⁰ [*Rom. X, 17*]. „Qui autem noc crediderit, condemnabitur” *Mat. ultimo* [*Marc. XVI, 16*], ymmo „iam iudicatus est” et „non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum” *Johan. III^o* 1570 [*Joan. III, 18, 36*].

Tercia autem partis verbum audientis primi sunt sicut leviores palee, secus viam seminati qui a volucris celi quasi a modico vento de facili rapiuntur ut verbum non intelligant, quia „corda ipsorum exposita sunt temptacionibus demonum, et per consequens contrita et conculcata ab 1575 eis per malum consensum et factum”. Unde perit semen et conculcatur transitu cogitacionum et non facit nec facere potest fructum. Secundi, quasi graviores palee et vacua grana, sunt in spinis seminati qui audiunt verbum Dei, sed sollicitudo seculi istius et fallacia diviciarum, hoc est non tantummodo timor perdendi sed et spes aquirendi, suffocant verbum et 1580 sine fructu efficitur. Tercii quasi boni sed duri supra petram seminati sunt qui verbum audiunt et cum gaudio suscipiunt, et sic boni videntur, quia „tales aliquando ad horam ex aliqua passione moti cum gaudio suscipiunt predicacionem, sed, quia non fundantur in humore fidei et devocionis, cito evanescent, propter quod” dicitur [*Mat. XIII, 21—22*]: „Non autem habet in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulacione propter verbum, continuo scandalisuntur”, „scilicet cadentes ab

1552 me igne] igne me *sec. Vulg. D* 1553 tribulacionis me purificantis] igne tribulacionis me purificasti *D M* 1555 in camino] camino *D sec. Vulg.* „Sicut igne probatur argentum et aurum camino” 1558 non solum] non *D M* 1560 secundum hec scripta, et eciam ut dictum est] et cetera ut dictum est *D M* 1561 ignem et cetera] ignem istum *D* ignem *M* 1565 credent] credunt *D* 1567 crediderit] credit *D* credidit *M* 1568 *Mat.*] *Marc. D M* 1572 seminati] seminate *D* 1578 Verbum Dei] verbum *D* 1580 duri] diu *M* 1581 sic boni videntur] sic videntur boni *D*] sic videretur *M* 1584 evanescent] evanescit *D M* dicitur] sequitur *D M* 1586 scandalisuntur] scandalizatur *sec. Vulg. D*] scandalisatur *M* cadentes ab eo quod ceperant timentes] cadens ab eo quod ceperat timens *D M*

eo quod ceperant, timentes detrimentum in exterioribus bonis vel corporis flagellacionibus, sive incarcerationibus. Quarti autem sunt fideles et bone consciencie qui verbum audiunt foris fideliter et devote, et intelligunt, quia talibus „datur intellectus sacre Scripture”, et quasi bona terra afferunt fructum, hoc est bonum opus producant ad maturitatem, et „aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum”, qui scilicet non solum curant non aquirere, sed nec timent perdere illa exteriora bona eciam usque ad propriam vitam, sed gaudenter eam contemnunt per martirium, „ut sic transeant quasi per ignem” [cf. *I Cor.* III, 15]. Hec *Mat.* XIII^o [*Mat.* XIII, 18—23] in textu et in Glossa ordinaria et secundum Liram ibidem¹⁷⁷.

Hanc eadem sententiam intendit parabola hominis regis qui fecit nupcias filio suo, ut *Mat.* XXII^o [*Mat.* XXII, 2—13], a quibus primo quasi due partes delictae sunt, scilicet omnes qui simpliciter „nolebant venire”; tercie autem partis primi, quasi leviores palee et pessimi, sunt „qui tenuerunt servos eius et contumeliis affectos” occiderunt sicut Apóstolos ceterosque Martires.

Secundi autem, quasi grana vacua, neglexerunt et abierunt per amorem carnalem, ut „carnales et lassivi” qui quasi peiores dicunt singuli: „uxorem duxi, non possum venire, propter desideria carnis”. Et de isto vicio vide circa primam petitionem oracionis dominice et de eius speciebus¹⁷⁸. Tercii abierunt in negociacionem, ut „superbi qui notantur per dominium vilitatem, cum dicitur: in villam suam, quia superbi volunt aliis dominari”, et „cupidi, terrenis nimium intenti” cum dicitur: „Juga boum emi quinque et eo probare illa”. Et ad ista tria vicia reducuntur omnia excludencia a beatitudine celesti, secundum quod dicit Johannis prima Canonica [*I Joan.* II, 16]: „Omne quod est in mundo concupiscencia carnis est, aut concupiscencia oculorum, aut superbia vite”. Isti tamen tercii quasi humiles rogant se habere excusatos, ubi humilitas sonat in voce, dum autem venire contemnunt, superbia in accione. Et ideo paterfamilias iratus dixit: „Dico autem vobis: quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam”.

Et tandem quarta pars ex pauperibus, debilibus, cecis, et claudis introducitur, et aduc ad ultimum purgatur ita quod et unicus non habens vestem nupciale eicitur non in purgatorium, „sed in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dencium”. Hec *Mat.* XXII^o [*Mat.* XXII, 2—13] et *Luce* XIII^o [*Luce.* XIV, 16—23] in textu et secundum Liram et Glossam ordinariam ibidem¹⁷⁹.

1588 flagellacionibus] flagellaciones *DM* fideles et om. *D* 1589 intelligunt] intelligant *D* 1591 afferunt] afferant *DM* 1594 gaudenter] et gaudenter *DM* contemnunt] contempnit *DM* 1595 transeant] transeat *DM* 1598 qui fecit] fecit *D* 1600 delictae] derelictae *M* 1602 affectos] afflictos *D* 1605 ut carnales] et carnales *D* 1607 de eius] eius *D* 1608 per dominium] poni (?) *M* 1610 cupidi] cupi *D* nimium] nimis *DM* 1616 accione] accione scilicet sonat *D* paterfamilias iratus] iratus paterfamilias *D*] paterfamilias adiratus *M*

Ecce, carissimi¹⁸⁰, quomodo vix quarta pars tercie fructum facit et
 1825 diversimode purgata ad nuptias eterni regis et ad cenam intrat: „omnis
 igitur anima que non fuerit afflicta et purgata die hac peribit de populo
 meo” [Lev. XXIII, 29], ut supra. Unde cum illi quidam ait [Luc. XIII, 23]:
 „Domine, si pauci sunt qui salvantur”, dixit [Luc. XIII, 24]: „Conten-
 dite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, querunt intrare,
 1630 Glossa: salutis et premiorum amore provocati, et non poterunt. Glossa:
 itineris asperitate perterriti, cuiusmodi sunt tepidi impediti, primo, ex
 corrupcione nature, quia per peccatum primorum parentum, ex qua
 causata est in humana natura promptitas ad malum et difficultas ad bonum,
 Genesis VIII^o [Gen. VIII, 21]: Sensus et cogitaccio humani cordis prona
 M 163 r 1635 sunt ad malum ad adolescencia sua. Et ex peccatis preteritis| ex quibus
 causata est in ipsis peccantibus quidam habitus vel saltem dispositio in-
 clinans ad peccata similia. Et ex difficultate operis virtuosus, quia virtus
 est circa bonum et difficile, et ideo quia nolunt efficaciter et cum conatu
 penitere non possunt intrare”, ut Lira Luce XIII^o [Luc. XIII, 24].

1640 Dicitur igitur Origenes¹⁸¹: „Timendum est christianis ne eo merito
 intrent regnum celorum quo filii Israel intraverunt terram promissionis”.
 Ad hoc pulcre III^{ti} Esdre VII¹⁸² [IV Esdr. VII, 68–69; VIII, 1–3]
 dicit Esdras: „Et donator: quoniam si non donaverit de bonitate sua,
 ut allevientur hii qui iniquitates fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit
 1645 decies millesima pars vivificari hominum. Et iudex si non ignoraverit
 hiis qui creati sunt verbo eius, et deleverit multitudinem conceptam, non
 fortasse derelinquantur innumerabili multitudine, nisi pauci valde”. Et
 respondit ad eum angelus „et dixit: Hoc seculum fecit Altissimus propter
 multos, futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te similitu-
 1650 dinem. Quoniam interrogabis terram, et dicet tibi, quomodo dabit tibi
 terram multam magis unde fictile, parvum autem pulverem unde fit
 aurum: sic et actus presentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem
 G 57 v 1655 salvabuntur”.| Et idem VIII^o¹⁸³ [IV Esdr. VIII, 40–41]: „Quomodo,
 inquit, locutus sum, sic est. Sicut enim agricola serit super terram semina
 D 40 v multa, et| plantaciones multitudinis plantat, sed non omnia que plantata
 sunt salvantur, nec omnia que plantata sunt radicabunt: sic et qui in
 seculo sunt seminati non omnes salvabuntur”.

Et de isto vide in Punctis post hoc ubi dictum est de festo malorum¹⁸⁴.

Unde Appostolus hortatur nos dicens [Eph. V, 15]: „Videte igitur

1627 quidam sec. Vulg.] quidem G D M 1630 poterunt sec. Vulg.] potuerunt D 1631
 impediti] in tepidi D ex corrupcione] in corrupeione D 1633 ad bonum] ad bonum
 arduum D (arduam add. in margine) 1639 Luce XIII^o] ibidem D M 1640 est] est
 de D M 1645 millesima sec. Vulg.] milla M vivificari hominum sec. Vulg.] hominum
 vivificari D 1647 derelinquantur] derelenquentur M] derelinquerentur Vulg. 1648
 respondit] respondet D Hoc] Hoc hoc M 1653 salvabuntur sec. Vulg.] salvantur D
 1654 Sic est om. D] Sic et est Vulg. 1655 plantat sec. Vulg.] plantet M plantata
 sunt salvantur] seminata sunt salvantur sec. Vulg. D 1656 nec omnia que sec. Vulg.]
 nec que omnia M 1659 hortatur] exhortatur D M

fratres quomodo caute ambuletis". Ad hoc ponitur pulchrum exemplum 1660
 Esdre ubi supra VI [IV Esdr. VII, 6—9]¹⁸⁵ sic: „Civitas est edificata, et
 posita in loco campestri: est autem plena omnium bonorum. Introitus
 autem eius angustus et in precipiti positus, ut esset a dextris ignis et a sini-
 stris aqua alta: semita autem una sola inter eos, hoc est ignis et aqua, est
 posita sed non capiet semita nisi solummodo vestigium hominis. Si dabitur 1665
 civitas homini in hereditatem, si non querit aut positum periculum pertra-
 nsierit, quomodo accipiet hereditatem suam?"

Et sequitur¹⁸⁶ [IV Esdr. VII, 12—14]: „Et facti sunt introitus huius
 seculi angusti et dolentes et laboriosi: pauci et malorum periculorum pleni
 et laborum magnorum fulti. Nam maioris seculi introitus spaciosi, securi 1670
 et facientes immortalitatis fructum. Si ergo non ingressi fuerint qui vivunt
 angusta hec, non poterunt recipere que sunt reposita". „Non enim Altis-
 simus voluit hominem disperdi, sed ipsi qui creati sunt coinquinaverunt
 nomen eius qui fecit eos: et ingrati fuerunt ei qui preparavit eis vitam.
 Qua propter iudicium meum modo appropinquat [IV Esdr. VIII, 59—61]" 1675
 „Olim locutus sum et nunc dico et post ea dicam: quoniam plures sunt qui
 pereunt quam qui salvabuntur: sicut multiplicantur fluctus super guttam
 [IV Esdr. IX, 15—16]" „Quot enim non cognoverunt viventes beneficia
 consecuti: et quot fastidierunt legem meam, cum aduc erant habentes
 libertatem, et cum adhuc esset eis apertus penitencie locus, non intellexerunt, 1680
 sed spreverunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere [IV
 Esdr. IX, 10—12]" Hec ibi VIII et IX.

Unde dicitur Ecclesiastici XV¹⁸⁷ [Eccli. XV, 12—18]: „Ne dicas: ille
 me implanavit, id est omnia bona a me amovit quasi planando tabulam; M 163 v
 non enim necessarii sunt illi homines impii. Omne execementum erroris 1685
 odit Dominus, et non erit amabile timentibus illum: Deus ab iniccio consti-
 tuit hominem et reliquit illum in manu consilii sui, id est in potestate sui
 liberi arbitrii ut posset peccare vel non peccare". G 58 r
 D 41 r

Unde subditur: „Adiecit mandata et precepta sua: si volueris mandata
 conservare, conservabunt te et in perpetuum fidem placitam facere, Glossa: 1690
 operibus quia [Jac. XX. 26] fides sine operibus mortua est".

Et sequitur: „Apposuit tibi aquam, id est refrigerium vite eterne, et
 ignem, id est tribulacionem iehenne: ad quod volueris, porrige manum
 tuam, id est in voluntate tua est operari ut ardeas vel ut refrigerium habeas".
 Et subditur: „Ante hominem vita, scilicet glorie, et mors, Glossa: iehenne; 1695

1661 ubi supra VI] verbi gracia VI M 1662 in loco] loco M 1665 capiet] capiat D M
 („inter ignem et aquam, ut non capiat semita" *Vulg.*) 1667 accipiet *sec. Vulg.*] accipiat
 D 1669 malorum] mali et *sec. Vulg.* D M fulti *sec. Vulg.*] sculti D 1672 poterunt
sec. Vulg.] potuerunt D 1675 qua propter *sec. Vulg.*] quam propter D 1679 erant
sec. Vulg.] eram habens M 1681 oportet post mortem *sec. Vulg.*] post mortem
 oportet M 1690 et in] in D 1695 scilicet glorie, et mors, Glossa, iehenne] Glossa glorie,
 et mors iehenne D] Glossa glorie et mortis, Glossa, iehenne M

bonum, Glossa: ad vitam, malum, Glossa: ad mortem: quod placuerit illi dabitur ei, id est si placuerit ei bonum, dabitur ei vita, si malum, dabitur ei mors". Hec ibi.

1700 Unde dicit Appostolus prima Corinthiorum IX^o [*I Cor. IX, 24*]: „Nescitis quod hii qui in stadio currunt, omnes enim currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis", et cetera ut ibi.

Ex quibus iam dictis considerare volenti plane potest patere de igne purgatorio et quomodo diversis modis purgantur salvandi, qui et valde pauci comparacione aliorum; et de duabus viis et tristega domo et de purgacione 1705 quarte partis terre: ante hominem enim bonum et malum, aqua et ignis, vita et mors, dextrum et sinistrum, album et nigrum, quod voluerit dabitur ei. Non ergo restat aliud nisi quod dicit beatus Bernhardus¹⁸⁸: „Via tua est vita tua, si bene vivis bene ibis" et cetera. „Qui habet aures audiendi, audiat [*Mat. XIII, 43; Marc. VII, 16; Luc. VIII, 8*]", et cetera.

1710 V, 12. Unde M. hec audiens, torvo vultu et quasi per scapulas aspiciens, V. dixit:

— Non huey clamabis donec per pontem meabis. Nonne legisti quod „quedam peccata sunt mortalia, que in penitencia sunt vitalia, non temen statim sanantur¹⁸⁹. Sepe enim est qui moreretur nisi medicaretur. Non 1715 statim sanatur langwidus victurus qui prius erat moriturus". „Unde prius purgandus est igne purgatorio post mortem qui in aliud seculum distulit fructum conversionis", ut de penitencia di. ultima cap. ultimo [Ca. 33, q. 3 „de poen"., di. 7, c. 6, §§ 3, 2; Fr. I, 1247, 1246].

Ad hec V. respondit:

1720 — Non contrastabant te sbarrarum partes, quia non de ponte cadit qui cum sapiencia vadit. Ex dicto enim tuo, ut videtur, non concludis post hanc vitam purgatorium, ut intendis, nisi probares quod ista que leguntur non statim sanata, ut de David et Maria Magdalena et de aliis de quibus 4 58 v supra, ante mortem non fuissent| sanata vel ad minus in morte non sanarentur. Istam autem negativam aduc non probasti, quia licet aliquibus 1725 servabatur pena, ut David et cetera, tamen hic legitur tandem post penitenciam ad minus ad mortem dimissa, ut dictum est supra secundum Crisostomum de David, Manasse, Petro negante et latrone in cruce pendente,

1696 malum] et malum *D M* 1697 illi dabitur ei] ei dabitur illi *sec. Vulg. D M* ei bonum] illi bonum *D* 1700 enim currunt] currunt *D*] quidem currunt *Vulg. 1701* currite ut *sec. Vulg.*] currite ut omnes *D* 1702 volenti] volente *D* potest patere] patere potest *D* 1703 purgantur] purgatur *D* 1705 enim bonum et] bonum *D* 1707 dicit *om. M* 1708 et cetera. Qui] Qui *D M* et cetera *om. D M* 1710 aspiciens] inspiciendo *D*] aspiciendo *M* 1712 huey *om. D*] buy *M* pontem] montem *M* 1713 vitalia *sec. Decretum*] utilia *D* 1716 igne purgatorio post mortem] post mortem igne purgatorio *D M* 1717 conversionis *sec. Decretum*] conversacionis *D* 1723 non statim sanata] omnino statim sanata *D* 1725 aliquibus servabatur] servabatur aliquibus *D M* 1726 David et cetera] David *D M* post penitenciam] penitenciam *M* 1727 ad minus] audivimus *M* ad mortem] ante mortem *D M* 1728 pendente] penitente *D*

quem secundum Augustinum Christus in cruce medicavit, ymmo et filium prodigum, cum| revixerat, pius pater ad convivium recepit, et non exclusit eum tempore medio per penam aliquam sustinendam. Ipse enim novit mensuras et modos eciam in morte et in ultimo termino vite, de quibus omnibus late superius patuit. Et quod inter sanacionem in presenti corporalem ex parte medici corporalis et anime ex parte medici ipsius anime, qui est Deus, assignans similitudinem valde claudicavit. Quod enim hic langwidus in corpore non statim sanatur, hoc est racione impotencie medici et medicine cuius virtus, sicut et natura, non operatur in instanti. Et sic arguit hoc magnam impotenciam medici corporis et imperfeccionem secundum quod dicitur: „non est in medico semper ut relevetur eger”. Que in Deo non possunt habere locum, cum sibi omnia obediunt ad nutum. 1730 D 41 v M 164 r 1735 1740

Nonne, rogo, perfeccior esset medicus et plus laudandus et pocius requirendus qui simul posset salvare et totum hominem salvum fecere, eciam in corpore, quam qui successive? Utique sic, et talis est virtus divina que operatur in instanti prout vult, ut dicitur Johannis V^o [*Joan.* V, 5—9] de homine qui langwidus fuerat XXX et VIII annos, quod ad mandatum Christi statim sanatus fuerat, „quia divina virtus infinita est et cooperatur in instanti. Sanitas enim, que virtute nature restituitur, in tempore et non in instanti aquiritur”, ut Lira ibidem. Sic dicitur Mat. VIII^o [*Mat.* VIII, 14—15] quod, cum tenuit manum socrus Petri febricitantis, „dimisit eam febris, et surrexit et ministrabat eis”, quod non potuit fieri nisi a divina virtute; „quicumque enim tetigerunt eum, salvi facit sunt”, ut Mat. XIII^o [*Mat.* XIV, 36]. 1745 1750

Unde patet dissimilitudo inter predicta. Contra illos enim volentes Deum in factis suis assimilare operibus humanis et creaturis, dure loquitur propheta David in persona Domini sic [*Ps.* XLIX, 21]: „Exi-|stimasti, inique, quod ero tui similis: arguam te et statuam contra faciem tuam”. „Non enim, dicit Dominus¹⁹⁰ Ysa. LV [*Is.* LV, 8—9], cogittaciones mee cogittaciones vestre, neque vie mee vie vestre, quia sicut exaltantur celi a terra, sic exaltate sunt vie vestre a viis meis et cogittaciones mee a cogittacionibus vestris”. Jdeo dicitur ibidem (*Is.* L, 2): „Numquid abbreviata et parvula facta est manus mea ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum?”. Utique, ut dicitur ibidem LIX^o [*Is.* LIX, 1—8]: „Non est abbreviata manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata est auris eius 1755 G 56 r 1760

1729 medicavit] mandavit D] manducavit M ymmo et] ymmo D M 1730 pius pater ad convivium ... exclusit eum] ad convivium ... eum exclusit D M 1732 modos] modos penitendi D] vero modos penitendi M 1736 est racione] in racione D 1737 non operatur] operatur M 1739 semper ut relevetur eger] semper relevetur et eger D] propter relevetur ut eger M 1742 salvare] sanare D M 1743 sic, et talis] sic et sic D] et sic M 1746 Christi] Dei D sanatus fuerat] sanus factus fuerat D] factus fuerat M 1748 Sic dicitur Mat.] Similiter Mat. D 1749 socrus] socii D 1751 enim D (*inter-linearis*) om. M 1754 in factis suis assimilare] assimilare in factis M 1755 existimasti sec. *Vulg.*] existimas D M 1759 Vie vestre a viis meis] vie mee a viis vestris sec. *Vulg.* M 1760 Jdeo dicitur ibidem] Jdeo dicitur ibidem L D M

- D* 42 r ut non exaudiat:| sed iniquitates vestre diviserunt inter vos et Deum
 1765 vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiet. Manus enim vestre pollute sunt sanguine, et digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, et lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui invocet iusticiam, id est Christum qui factus est nobis a Deo sapientia et iusticia, neque est qui iudicet vere: Glossa, de factis Christi: sed confidunt in nihilo et loquuntur vanitates: conceperunt dolorem et pepererunt iniquitatem. Ova aspidum eruperunt, id est consilia venenosa contra Christum et discipulos eius in effectum exterius produxerunt, et telas aranee texuerunt, id est adinventiones falsas: qui comederit de ovibus eorum, Glossa: consensiendo malignis consiliis eorum, morietur, Glossa: 1770 morte culpe et tandem morte iehenne; et quod confotum est, id est simul fotum et unctum, erumpet in regulum, Glossa: quia quicquid procedebat ex istis consiliis erat totum venenosum". Jdeo sequitur: „Tele eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: | Glossa: sciencie et virtutis quibus anime vestiuntur et ornantur, sed magis ad contrarium".
M 104 v 1780 Jdeo subditur: „Opera eorum inutilia opera et opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, id est ad effusionem sanguinis Christi et discipulorum eius". Unde sequitur: „Et festinant, ut effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas et contricio in viis eorum. Viam pacis nescierunt, et non est iudicium in gressibus eorum: semite eorum incurvate sunt eis: omnis qui calcet in eis, ignorat pacem", et cetera| ut ibi et secundum Lyram.
 1785 Ad hoc Jeremie VIII^o [*Ier.* VIII, 1—3]: „In tempore illo, ait Dominus, eicient ossa regis Juda et ossa principum eius et ossa sacerdotum et ossa prophetarum et ossa eorum, qui habitant Ierusalem, de sepulcris suis: et expandent eos ad solem et lunam et omnem miliciam celi, que dilexerunt et quibus servierunt, et post que ambulaverunt et que quesierunt et adorerunt: non colligentur et non sepelientur: in sterquilinum super faciem terre erunt. Et eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui fuerint de cognacione hac pessima".
G 59 v 1790 Propter quod conqueritur Dominus Ysa. L [*Is.* L, 2]: „Veni, scilicet in humanitate perfecta scienciis et virtutibus, et non erat vir, Glossa: quia

1765 exaudiet] exaudiret *sec. Vulg. D M* 1770 dolorem] laborem *sec. Vulg. D M*
 1771 eruperunt] ruperunt *sec. Vulg. D* consilia] concilia *M* 1773 ovibus] ovis *D M*
 1774 consiliis eorum] ipsorum *D*] consiliis ipsorum *M* 1776 et unctum erumpet in regulum, Glossa] vel unctum erumpet in regulum, Glossa *D*] vel unctum erumpet in regulum *M* 1780 Jdeo subditur ... inutilia opera] Jdeo subditur ... opera inutilia *D*] Jdeo sequitur ... opera inutilia *M* 1781 pedes eorum ad malum ... Et festinant] ad pedes eorum ad malum ... Et festinant *D*] pedes eorum ad mala ... Quod festinant *M* 1784 vastitas *emend. sec. Vulg. D*] castitas *G*] fastitans *M* 1787 Ad hoc] Ad hoc pulchre *D M* 1789 habitant] habitaverunt *D*] habitaverint *M* 1792 sepelientur] sepelientur *M* 1794 hac pessima] et pessima *M* 1795 veni scilicet] veni, Glossa *D M*

pauci Christum imitabantur. Vocavi, Glossa: per predicacionem et non erat qui audiret, Glossa: cum effectu quia pauci crediderunt”.

Jdeo, carissimi¹⁸⁰¹, „querite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, Glossa: per penitenciam, et miserabitur eius, et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum, id est pronior est ad miserandum quam ad condemmandum”. Hec ibi [*Is.* LV, 6—7] et secundum Liram. D 42
1800

Ergo est valde periculosum et interitui vicinum differre, ut dixisti supra, in aliud seculum fructum conversionis quia, secundum quod dicit Luce XIII [*Luc.* XIII, 25], paterfamilias Christus cum intraverit et cluserit hostium, quia in morte peccatori clauditur hostium penitencie, tunc incipient stare foris et pulsare, in quo ostenditur quod penitencia sit post mortem infructuosa, Sapiencie V^o [*Sap.* V, 3]: „Dicentes intra se, penitenciam agentes”, dicit eis: „Nescio vos unde sitis: discedite a me omnes operarii iniquitatis [*Luc.* XIII, 27]”, „nisi enim habueritis penitenciam, omnes similiter peribitis”. [*Luc.* XIII, 3], ut ibi et secundum Liram. 1805
1810

Relinquitur eciam fore notum quod, sicut post mortem penitencia est infructuosa, ut hic et tempus merendi et operandi tunc cessat, ita et satisfaccio fructuosa eciam usque ad novissimum quadrantem, prout supra patuit post doctores super isto Mat. V^o [*Mat.* V, 26] „non exies inde”, et cetera. 1815

VI

VI, 1. Unde M., quasi iam tediosus factus et inermis, procuratorem constituit Inquisitorem hereticorum¹⁸², scilicet quendam Fratrem de ordine illorum de quibus Hildegardis prophetavit quod cum potentatibus innocentes interficerent¹⁸³, tradendo scilicet eos Curie seculari, de quibus et supra patuit. 1820
G 60

Et quia predictus Frater, sicut fere omnes facere solent, semper de suffragiis mortuorum in purgatorio existencium, ut dicunt, super quo et ipsi fundati sunt, predicare consueverat ut populus, pro missis defunctorum et collectis imponendis et sic de aliis faciendis, de quibus et supra patuit ubi dictum est de exequiis mortuorum, oblationes faceret eciam largas et ad hoc probandum miracula, aliquando de sepibus recepta, plurima addu- 1825
M 165 r

1798 pauci] pauci qui D M 1805 dixisti supra] dixisti supra scilicet tu D] dipisci (?) supra scilicet tu M 1806 quod dicit] quod dicitur D M 1808 incipient] incipiet M 1809 sit post mortem] post mortem sit D M 1810 Sapiencie] secundum quod dicitur Sapiencie D M 1812 habueritis penitenciam] penitenciam egeritis D (add. in margine pro textu cassato habueritis] penitentiam habueritis *Vulg.* 1814 eciam fore] ergo fore D M 1815 et tempus] et quod tempus D 1816 novissimum] minutissimum D M 1817 super isto] super illo D M 1820 hereticorum] in hereticorum D 1822 interficerent] interficiant D M quibus et] quibus D M 1823 faceret] facerent D] facere M

1830 xit, quibus populus de facili assentit, quia in materia subtilia et speciem pietatis habencia, cum tamen potius mendacia questum querencia dici merentur.

Jpsum igitur V. aggreditur in hiis verbis:

— Quidam dicis ad tertium errorem¹⁸⁴? Quia ex dictis tuis sequeretur quod suffragia Ecclesie non prodesse mortuis, contra quod est laudabilis consuetudo Ecclesie. Eciam ad preces sanctorum multi leguntur de purgatorio liberati. Nonne Thobie IIII [Tob. IV, 18] dicitur: „Panem tuum et vinum tuum super sepulturam iusti constituere”? Et si non prosunt mortuis suffragia huiusmodi, „quid faciunt qui baptisuntur pro mortuis”? de quibus prima Corinthiorum XV [I Cor. XV, 29]¹⁸⁵. Unde V., sciens quia „omnis sermo Dei ignitus, clipeus sperantibus in se”, ut Proverbiorum XXX [Prov. XXX, 8], ipsum in procuratorem sicut supra habere desiderat, et attendens finem adesse laboris et certaminis, cum M., ut videtur non habens supra petram firmam, se fundaret in arena, consuetudinibus et factis, humanis nidificatque scripturis, tandem dixit:

— Expectavi ut sicut Doctor legis te in lege Dei fundares et me instrueres. Nunc autem, ut Doctor consuetudinis et facti, sicut et tuus predecessor in principio „verba multiplicas” [Eccle. X, 14].

De differencia inter Sinagogam et Ecclesiam et de acceptionibus Ecclesie dictum est in Conclusionibus de materia sanguinis circa quartam conclusionem¹⁸⁶, et quomodo „congregacio fidelium proprie dicitur Ecclesie”. Et sic dicitur quod suffragia illius valde prosunt quia „talis Ecclesia non potest non esse”, „nam ipse Dominus orat pro Ecclesia et voluntate labiorum suorum non fraudabitur”, ut XXIII q. I A recta [Ca. 24, q. 1, c. 9; Fr. I, 969] et in Glossa. Et „ista Ecclesia in persona Petri per quem, sicut per Iudam significantur mali, boni representantur accepit potestatem ligandi et solvendi”, ut e.q. Quodcumque [Ca. 24, q. 1, c. 6; Fr. I, 968]. Et illius „Ecclesie caritas dimittit peccata”, ut de Con. di IIII Ecclesie [De cons. di. 4, c. 140; Fr. I, 1407], de quo vide ubi dictum est de iudicio Dei in punctis¹⁸⁷, et ibi ad mediam collumnam ante. Et ita patet quomodo valde prosint suffragia Ecclesie, et illius Ecclesie consuetudo meretur dici laudabilis, de cuius materia eciam vide circa quartam conclusionem ubi supra¹⁸⁸.

Et ista Ecclesia, ut communiter dicitur, militans¹⁸⁹ contra dyabolum, carnem et mundum, scilicet contra tres partes que pereunt de tercia parte relicta in terra, duabus derelictis de quibus supra, alia dicitur triumphans

1837 Thobie IIII dicitur] Thobie dicitur IIII M 1838 constituere] constitue sec. Vulg D M 1841 ignitus clipeus] ignitus est clipeus D] ignitus clipeus est M 1843 ut videtur om. D M habens] habens super quo sicut D M 1844 in arena] materis M 1845 nidificatque scripturis] nidificat D M 1846 Dei] Domini D M 1849 inter] enim inter D M acceptionibus] excepcionibus D] acceptacionibus M 1851 proprie dicitur Ecclesie] dicitur Ecclesia D M 1854 A recta] Actum M 1855 ista] de ista D 1857 e.q.] e ca. et D] e et q M 1861 prosint] prosunt D M

et cum Christo suo sponso in celestibus regnans, et de suffragiis illius Ecclesie patuit supra, ubi dicebatur de oracionibus Sanctorum post doctores et Ysaiam prophetam quia [*Is.* LXV, 24] „antequam clament, exaudiam eos”, dicit Dominus, et precipue de unico mediatore, advocato, pontifice et episcopo animarum nostrarum, Ihesu scilicet Christo Agno Dei qui solus tollit peccata mundi, cum solus pro peccatis mortuus est. Hic est in veritate verus David qui dyabolum tribus testimoniis de lege sicut David in figura| Goliam de torrente tribus lapidibus prostravit, ut dicit Glossa ordinaria Mat. IIII^o 200.

De isto ergo merito intelligendum est cum Scriptura memoratur de beneficiis fiendis sive factis pro populo a Deo Patre „propter David servum suum” [*IV Reg.* VIII, 19], id est Ihesum Christum qui „formam servi accepit” [*Phil.* II, 7], ut pro peccatis nostris satisfaceret, ut Ysa. XLIII^o [*Is.* XLIII, 24] dicit: „Servire me fecisti in peccatis tuis;| prebui mihi laborem in iniquitatibus tuis”. Et Ysa. LIII^o [*Is.* LIII, 11] dicitur: „Ipse iustus servus meus multas iniquitates eorum ipse portabit”. Qui et, Ysa. XLIX [*Is.* XLIX, 3], dixit ad Patrem ratione humanitatis: „Et dixit mihi: Servus meus es tu”. Et sequitur [*Is.* XLIX, 6]: „Parum est mihi ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Iacob et feces Israel convertendas”, et cetera. Et Ysa. XLII [*Is.* XLII, 1] dicit Deus Pater: „Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea”.

Hic et verus Salomon, id est „amabilis Domino” Secundi Regum XII [*II Reg.* XII, 25]; hic verus Moyses educens populum de egipciaca servitute et „verus Aaron in eternum sacerdos secundum ordinem Melchisedech” [*Heb.* V, 4, 6], hic semen veri Abrahe, verus Ysaac et Iacob in quo omnes tribus terre| benedictae sunt²⁰¹.

Cum ergo in Scriptura sacra inveniuntur promissiones factae populis sive fiende propter patres sanctos, scilicet propter David, Abraham, Ysaac, Jacob, et cetera, est congrue intelligendus solus Christus redemptor Israel, quia omnia illa „in figura contingebant” [*I Cor.* X, 11]. Unde: „Hic, dicit Deus Pater, est filius meus dilectus, ymmo carissimus, in quo mihi bene complacui, et per te alii, non in se, sed in te fide et caritate iuncti, placeant”, ut in Glossa interlineari (*recte*: ordinaria) Mat. IIII^o [*Mat.* III, 17].

Ideo dicitur Ysa. XLIII^o [*Is.* XLIII, 25]: „Ego sum ipse, Glossa²⁰²: et non alius, qui deleo iniquitates tuas propter me, id est ex misericordia mea et caritate et non propter tua merita”. In Adam enim displicuit, unde

1874 de torrente tribus lapidibus] tribus lapidibus de torrente D M 1876 merito om. D M 1881 Ipse iustus servus ... portabit] iustificabit ipse ... multos et iniquitates Vulg. 1883 humanitatis] humilitatis D 1886 XLII] XLIII D 1887 in illo sec. Vulg. om. M 1893 cum ergo] non ergo D Scriptura sacra] sacra scriptura D M inveniuntur] inveniunt D promissiones ... scilicet in margine G in textu D M 1894 propter David] David D M 1895 Jacob et cetera] et Jacob et ceteros D M congrue intelligendus] intelligendus D M 1898 et per te] Glossa, et per te D M 1900 ipse, Glossa] ipse M

„penitet me fecisse hominem” [Gen. VI, 6]. Adam peccando celum amisit, Christus a Spiritu Sancto per columbam glorificatus apperuit, Mat. III^o [Mat. III, 16]. Et ne diceret aliquis quod eciam meruerunt patres, subdit Ysa. ibidem [Is. XLIII, 26]: „Reduc me in memoriam et iudicemur simul”, quasi diceret²⁰³: „ostende alicuius meritum propter quod deberem te pati, quasi diceret: non potes”. Jdeo sequitur [Is. XLIII, 26—27]: „Narra si quid habes ut iustificeris. Pater tuus primus peccavit”, scilicet Adam²⁰⁴, „et interpretes tui prevaricati sunt in me”, „id est Moyses et Aaron qui verba Domipi referebant ad populum et e converso verba populi ad Deum. Et Aaron in fabricacione vituli prevaricatus est, Exo. XXXII [Exod. XXXII, 4], et uterque simul ad aquas contradiccionis, Numeri XX [Num. XX, 13]”²⁰⁵. Unde sequitur [Is. XLIII, 28]: „Et contaminavi”, „id est contaminatos ostendi”²⁰⁶, „principes sanctos”, „id est David in adulterio et homicidio, et Ezechiam in elaccione, quando nunccis regis Babilonis ostendit omnia que habuit in domo”²⁰⁷ et cetera.

Et ideo racionabiliter in omnibus istis promissionibus semper intelligendus est Christus verus Yoseph, ut dicunt Samaritani, Johannis III^o [Joan. IV, 42]: „Hic est vere Salvator mundi”, in quo, secundum Liram, tria confitentur de Christo: eius eminenciam singularem, ibi „hic est”; efficaciam salutarem, ibi „vere Salvator”; influenciam generalem, ibi „mundi”. „Dominum igitur Ihesum Christum in cordibus vestris sanctificate” [I Pet. III, 15].

VI, 2. Alia ponitur Ecclesia dormiens²⁰⁸ secundum te et nunc communiter loquentes pro istis qui in purgatorio nunc esse dicuntur. Et quia non me plane informasti secundum legem Christi ut de isto certus essem, pro incerto habeo et dubio, nec intellego suffragia que huiusmodi prodessent, et, supposita certificacione firma et informacione debita, aduc nescirem de suffragiis illorum, cum Augustinus XXI De civitate dicat²⁰⁹ se de talibus ignorare, ut sic: „Quis iste modus et que sunt ipsa peccata que ita impediunt pervencionem ad regnum Dei, ut tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgenciam, difficilimum est invenire, periculosissimum diffinire. Ego certe usque ad hoc tempus cum inde satagerem ad eorum indaginem non potui pervenire”. Hec ille.

Concordat supra ubi dictum est de indulgenciis post Gwil. de Mon. Lau. in Sacramentali suo²¹⁰. Sic cum quidam quereret ab Jnno. III, Extra. De cele. mis. Cum Marte [Decr. Greg. 3, 41, 6, § 1; Fr. II, 639], quomodo

1905 diceret aliquis] aliquis diceret M eciam meruerunt] hoc eciam meruerunt D M
 1906 reduc] et reduc M 1912 XXXII] XXXIII D 1916 elaccione] elaccionem D]
 elleccione M 1917 in domo, et cetera] et cetera ut ibi D M 1918 racionabiliter
 om. D M semper om. D 1919 III^o] IIII D M 1923 sanetificate] sanctificate,
 et cetera D 1925 ponitur Ecclesia] Ecclesia ponitur D nunc communiter] prout
 nunc communiter D M 1926 nunc esse] esse D M 1927 me plane] me D M 1928
 et dubio om. D M 1930 dicat] dicit D M 1935 non potui] ut potuerim M perve-
 nire] venire M

intelligeretur „quod in plerisque oracionibus continetur: prosit, vel: proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam et honorem”, dubitando respondit dicens: „Verum, utrum in hoc articulo locum habeat distincio illa, qua docetur, quod defunctorum alii sunt valde mali, alii mediocriter boni, alii mediocriter mali, unde suffragia que fiunt a fidelibus in ecclesia pro valde bonis, graciaram sunt acciones, pro valde malis consolaciones sunt vivorum, expiaciones vero pro mediocriter bonis, et propiciaciones pro mediocriter malis, tua discreccio investiget”.

Similiter Glossa²¹¹ dubitando ibidem sic loquitur: „Forte ideo papa ponit hanc dubitacionem, quia dubium est qui mediocriter mali appellantur. Si enim ipsi appellantur mediocriter mali, qui non decesserunt in aliquo mortali peccato, sed tantum in venialibus peccatis, secundum hoc idem sunt mediocriter mali et mediocriter boni. Si autem appellas mediocriter malos qui decesserunt in aliquibus mortalibus peccatis, non tamen valde magnis, obstat XIII q. II Pro obeuntibus [Ca. 13, q. 2, c. 21; Fr. I, 728], ubi dicitur quod pro nullo est orandum qui decessit in mortali peccato”.

Et sequitur in dicta Glossa: „Posset dici quod mediocriter mali dicuntur qui multa habent venialia; mediocriter boni qui pauca, vel melius dicas quod mediocriter mali qui mortalia comiserunt peccata licet levia, et in quibus non est necessaria inscripcio, ff. de accu. Levia²¹², et in quibus procurator constitui potest, ff. an per alium cause ap. exerceri possunt, l. I”²¹³.

Ecce quomodo dubitando et quasi in incertum loquuntur, quasi super arenam fundati et in talis araneis secundum Crisostomum, quia alius dixit sic, alius autem sic, et ideo dimittendo incerta et tenendo certum intendo et loqui volo de Ecclesia dormienti prout in Scriptura sacra haberi potest.

VI, 3. Unde sciendum quod ante adventum Christi sancti patres, quoad animam, in limbo dormire dicebantur, Ysaie XLII et XLV et alias in multis Scripturis sacris, et quia sancti patres et prophete hanc dormicionem credebant auferendam per missionem Messie, per quam et liberari se sperabant, quia quod nos credimus impletum, ipsi credebant implendum. Et sic dicitur Numeri XXIII^o [Num. XXIII, 10]: „Moriatur anima mea morte iustorum et fiant novissima mea horum similia”. Et ideo pro

1939 intelligeretur quod] intelligeretur quomodo D 1941 hoc articulo] illo articulo D distincio illa] illa distincio D M 1943 fiunt a fidelibus] sunt a fidelibus D 1944 graciaram sunt acciones] acciones sunt graciaram D M 1945 sunt vivorum] vivorum D M 1947 similiter] humiliter M 1949 mediocriter mali] mali mediocriter D ipsi illi D M 1950 tantum] tamen D peccatis] peccatis decesserunt D (decesserunt *add. in margine*) 1951 autem] enim G mediocriter malos qui] illos mediocriter malos qui D M 1952 tamen] tantum M 1955 in dicta Glossa *om.* D M 1956 melius dicas quod] melius dicas D 1958 ff. de accu.] ff. de accusationibus D] eff de accusa M 1959 ap.] appallacionis D] appellacionis M l. I] l. i D 1960 quomodo dubitando] dubitando quomodo D 1961 araneis] areneis D 1963 intendo] intendendo M 1965 adventum Christi] Christi adventum D 1968 per quam] per quem M 1969 quod nos] quod nos nos D

1940 *Ap. l. v*
En. dicit
col.
C. 78
76-8.

1945

1950

D 44 v

1955

1960

G 62 r

1965

1970

acceleracione istius redemcionis et resuscitacionis patres sancti frequenter Dominum deprecabantur verbis ut in oracionibus suis.

1975 Unde legitur de festo Purificacionis Virginis gloriose de huiusmodi desiderio sic²¹⁴: „Intelligete, fratres, quantum desiderium habebant antiqui sancti videre Christum. Sciebant enim illum esse venturum et omnes qui cupiebant dicebant: O si me hic inueniat illa nativitas! O si quod credo in Scripturis videam oculis meis! Et sic Symeon ille senex ex desiderio dicebat: Putasne durabo? Putasne videbo?” Et cetera.

1980 Similiter et factis, scilicet elemosinarum elargiccionibus et aliis bonis
M 166 v operibus, prout eciam dictum est| circa quartam obieccionem de libro Machabeorum²¹⁵. Habens igitur Thobias eandem fidem et spem sicut et ceteri sancti patres, sic et docuit filium suum huiusmodi exercere opera misericordie, ut Tobie IIII^o [Tob. IV, 18], dicens: „Panem tuum et vinum
1986 tuum super sepulturam iusti constituere”, non ”accipientes occasionem errandi, prout aliqui solebant supra sepulturam parentum defunctorum cibaria ponere, quasi mortui cibus corporalibus indigerent, quia hoc reprob-
D 45 r bat| Augustinus in Sermone de Katedra S. Petri. Alii vero magna festa in morte potentium faciebant ad ostentacionem, et inde depauperabantur.
1990 Sic eciam non intelligit Thobias hic, sed quod in morte iustorum pascendi sunt pauperes pro animabus eorum”, scilicet de limbo educendis, „et hoc
G 62 v innuit bene verbum iusti in textu positum, excludendo| tamen infideles, quod notatur cum subditur ibidem [Tob. IV, 18]: Et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus”²¹⁶, talis ut scilicet sunt Symoniaci, Fornicatores, Usurarii, Ociosi et ceteri Criminosi, precipue Sacerdotes, Clerici, Monachi et Monache.

Eciam liber Thobie sicut et Machabeorum inter apocrypha computatur, et non est de Canone Bible, ut dictum est supra, prout ponitur XVI di. Canones [Di. 16, c. 1; Fr. I, 41] in Glossa ultima, et hoc eciam dicit Jeronimus in prologo suo sic²¹⁷: „Librum utique Thobie, quem Hebrei de catalogo divinarum Scripturarum sectantes, hiis, que ayographa memorant, manciparunt”. Unde dicit Lira, Primi regis XVI [I Reg. XVI, 23], quod „liber Thobie non est de Canone, et ideo licet recipiatur in Ecclesia ad legendum pro edificacione, tamen non est efficax ad probacionem alicuius
2000 dubii, ut dicit Jeronimus in Prologo Galeato”²¹⁸.

2005 Alii inveniuntur dormientes quoad corpus in terra sepulti, de quibus Appostolus Prima Thessalonicensium IIII^o [I Thes. IV, 13 et sec. Liram]:

1973 deprecabantur] ex expetebant D 1977 me hic] hic me M O si quod] O si D] O sicut quod M 1980 et factis] et factis D] in factis M elargiccionibus] largiccionibus D M 1981 circa quartam] supra circa D M 1985 constituere] constitue D M 1986 sepulturam emend. sec. D] sepultura G] sepulera M 1987 reprobatur] in probatur D] improbat M 1989 ostentacionem] ostensionem M depauperabantur] depauperi abantur D 1992 innuit bene] bene innuit D M 1994 talis ut scilicet] ut D M 1997 Machabeorum] monachorum M 1998 Bible libelli M 2002 Unde dicit Lira ... in Prologo Galeato om. D M 2006 terra] terram D M

„Fratres, nolumus vos ignorare de dormientibus, id est de defunctis qui dormiunt somno mortis a quo excitabuntur tempore resurrectionis, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent, scilicet future resurrectionis”.

Et in isto sensu loquitur Appostolus Prima Corinthiorum XV [I Cor. XV, 29]: „Alioquin quid facient qui bap-tisantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgent? ut quid et bap-tisantur pro illis?” Ubi dicit Glossa ordinaria quod „fuerunt quidam imperiti qui bap-tisabantur pro hiis qui de hac vita sine bap-tismo decesserunt, putantes illis prodesse. Ambrosius. Timebant enim aut non resurgerent vel male resurgerent, ideo si quis propinquus ipsorum sine bap-tismo migrasset de mundo, vivus aliquis in nomine ipsius bap-tisabatur putans mortuo prodesse, quod non sine causa commemorat Apostolus. Non enim factum illorum probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit, et est sensus: Alioquin, id est si resurrectio mortuorum non est futura, illi qui bap-tisantur pro mortuis, id est vice eorum qui mortui sunt, quid faciunt? id est quid proderunt ipsis mortuis, hoc est quid proderit illis qui resurrecturi non sunt quod vivi bap-tisantur pro eis? Nihil utique, quasi diceret: si stulti certi sunt, adeo de futura resurrectione vos non debetis dubitare. „Hec ibi et concordat Lira super eundem locum”.

Et sic patet quomodo textus iste non exponitur de hiis qui in purgatorio dicuntur esse, sed sicut dictum est. Est et alia Ecclesia dormiens cuius somnus sive dormicio, prout dicunt expositores super isto Johan. XI^o [Joan. XI, 11]: „Lazarus frater noster dormit”, aduc est quadruplex. Primus, infidelitatis vel ignorancie, Prima Tess. V^o [I Thes. V, 6]: „Igitur non dormiamus, Glossa: in peccatis, sicut et ceteri, Glossa: qui sunt ceci²²⁰, sed vigilemus, Glossa: per attentionem mentis ad ea que sunt salutis”. Et sequitur [I Thes. V, 7]: „Qui enim dormiunt, Glossa: in voluptatibus et peccatis, nocte dormiunt, scilicet ignorancie, nam ignorat omnis malus secundum quod dicit Philosophus III Eticorum.” Hec ibi et secundum Liram.

Secundus est peccati sive culpe, Ephes. V^o [Eph. V, 14]: „Surge qui dormis et exsurge a mortuis et illuminabit te Christus”.

Tercius est torporis et negligencie, Proverbiorum VI [Prov. VI, 9–10]:

2013 facient] faciant *sec. Vulg. D* 2016 decesserunt] decesserant *D M* illis] sic *D*
 2017 enim aut] autem enim ne aut *D* enim ne autem *M* vel male] aut male *D M*
 2018 propinquus] appropinquos *M* migrasset] emigrasset *M* vivus] vivos *M* 2019
 ipsius] illius *D M* bap-tisabatur] bap-tisabantur *M* 2023 id est si ... non est futura]
 id est ... non futura *M* 2024 hoc est] id est *M* quod vivi] quid vivi *M* 2025 uti-
 que] utique et cetera *D M* certi sunt adeo] adeo certi sunt *D* certi sunt dicendo *M*
 2026 super eundem] supra eundem *M* 2028 sic patet quomodo textus iste non
 exponitur] quod patet qui non textus iste exponitur *M* 2029 esse *om. M* Est et]
 Est id est *M* 2031 aduc] aduc enim *M* 2033 peccatis] peccati *M* 2035 Et sequitur]
 et cetera *M* 2037 III *om. M* ibi] ille *M* 2039 Secundus est peccati] sed que peccati
 est *M* 2040 te *sec. Vulg.* tibi *D M* 2041 torporis] corporis *D*

„Usquequo piger dormis? Quando consurges a somno tuo? Paulum dormies”. Et Mat. XIII^o [Mat. XIII, 25]: „Cum autem dormirent homines, venit inimicus homo et superseminavit zizaniam in medio tritici et abiit”.

2045 Et Mat. XXV [Mat. XXV, 5]: „Moram autem faciente sponso dormitaverunt omnes et dormierunt”.

Quartus est consuetudinis prave, Secundi regis III^o [II Reg. IV, 5—6]: dum dormiret Hyspozeth, Rachab et Baana interfererunt eum, id est voluptas et vanitas.

2050 Sunt igitur quatuor principalia suffragia quibus ista Ecclesia excitatur a somno et adunatur. Primo, per clamorem predicacionis, Ysaie, LVIII^o [Is. LVIII, 1]: „Clama, ne cesses. Quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum”. Et XL^o [Is. XL, 3]: „Vox clamantis in deserto”, et cetera. Primi regis XXVI [I Reg. XXVI, 15—25]: David clamans ad Abner, qui interpretatur pater lucerne, excitat Saul.

Secundo per timoris seu horroris incussionem de iudicio et penis, Job VII^o [Job VII, 13—14]: „Si dixerō: consolabitur me lectulus meus, per visiones horroris concucies me”. Mat. XXV [Mat. XXV, 6]: „Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei”. Qui, ut sequitur ibidem [Mat. XXV, 12], dicit fatuis virginibus: „Nescio vos”. Super quo dicit Crisostomus²²¹: hoc verbum „nescio” difficilius est yehenna. Unde Jeronimus²²²: | „Sive comedo sive bibo semper illa vox sonat in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium”.

2065 Tercio, per inmissionem flagellorum, Actuum XII^o [Act. XII, 7]: „Percussoque latere Petri, excitavit eum” et cetera. Quarto, strepitu noxiarum solitudinum, Psalmus [Ps. CVI, 27]: „Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapiencia eorum devorata est”. Et sequitur [Ps. CVI, 28]: „Et clamaverunt ad Dominum, et de necessitatibus eorum liberavit eos.”

Ex quibus manifestum est quomodo et quibus mortuis et que suffragia prosunt, et pro quibus mortuis precipue sit orandum. Unde dicit Jacobus in Canonica [Jac. V, 16]: Oremus pro invicem ut salvemur: „multum enim valet deprecaccio iusti assidua”.

2075 Et de istis suffragiis vide ubi dictum est supra de Fraternitate Christi et de Communionē sanctorum, et in Canone Jeronimi²²³ [Ca. 13, q. 2, c. 20; Fr. I, 727]: „In presenti seculo scimus”, et cetera. Sic desiderat Apposto-

2042 piger] pier *D* consurges] surges *D* 2045 faciente *sec. Vulg.*] facientes *D* 2047 Secundi III^o] III ... IIII *D*] 2. i ... VIII *M* 2048 Hyspozeth] Etsbeset *D*] Ysbezet *M*] Isboseth *Vulg.* Rachab] Re *D*] Recap *M* Rechab *Vulg.* interfecerunt] et interfecerunt *M* voluptas] voluntas *M* 2050 excitatur] suscitatur *M* 2051 adunatur] adiuvat *D M* 2054 vox ... et cetera *om. D* 2057 horroris] erroris *D* 2058 lectulus] luctus *M* per visiones] percussiones *M* 2061 ibidem] in eodem *M* 2063 Jeronimus] Jeronimus XII *D* 2067 noxiarum *emend. sec. D M*] noxiarum *G* 2068 devorata] fiffodita (?) *M* 2073 salvemur] salevemur *M* 2074 deprecaccio] precaccio *M* iusti *om. M*

lus 2^a Corinthiorum [*II Cor.* I, 9–11] primo sibi fieri dicens: „Sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitatur mortuos: qui de tantis periculis eripuit nos, et eruit: in quem speramus quoniam et aduc eripiet, adiuvantibus et vobis in oracione pro nobis, ut ex multarum personis facierum²²⁴, eius que in nobis est donacionis per multos graciae agantur pro nobis”.

Et quia| allegabatur supra quomodo ad preces sanctorum multi liberati leguntur et predicantur de purgatorio, est verum quod extraordinarie in legendis, nescio a quibus compositis, frequenter fabulose huiusmodi leguntur scripta, sed non ut lex tua: non enim fides talibus in legendis compositis indifferenter est adhibenda, sed quod bonum et euangelio consonum est tenendum. Et de huiusmodi legendis et gestis martirum eciam dictum est supra, similiter ubi dictum est de monacho nomine Justus, et cetera.

VI, 4. Et insuper V. inquit:

— Ad probandum purgatorium, ut tu frater cum clientulo tuo ponis, esse adulterinam plantacionem et non a Patre celesti plantatam, deservit, ut videtur, dictum Salvatoris Mat. XV [*Mat.* XV, 13]: „Omnis plantacio quam non plantavit Pater meus celestis eradicabitur”. Sed quis negare audet quod papa sive vicem eius gerens ex plenitudine sue potestatis concedere posset annum iubileum| sive indulgencias a pena et a culpa generales? Ex quibus necessario sequitur destructio purgatorii²²⁵; et si sic, habet solum causam temporalem in voluntate sive velle humana firmatam, et non perpetuam, quia si sic, voluntate humana non sic dissolveretur. Ad hoc Extra. De re. iuris, in regula prima [*Decr. Greg.* 5, 41, 1; Fr. II, 927]: „Omnis res, per quascumque causas nascitur, per eandem dissolvitur”.

VII

VII, 1. Et quia M. iam dudum motiva sua per mediatam personam proposuit, scilicet per procuratorem suum, hoc videns V., et quod eciam ipse personaliter ultra adesse non posset, sed ipsum ius revocandi domum urgebat ad necessaria tractanda, scilicet ad comunicandum populum sub utraque specie et communiter alia sacramenta ministrandum Christi fidelibus²²⁶, constituit et ipse ad istam causam legitimum procuratorem pu-

2079 metipsis *sec. Vulg.*] ipsis D mortis] mortuis D habuimus *sec. Vulg.*] habemus D
 2081 et aduc] aduc M eripiet *sec. Vulg.*] eripiat D 2082 eius que *emend. sec. Vulg.*
 D] eius qui G M 2083 multos graciae *sec. Vulg.*] multas graciae D] multas gracias M
 agentur *sec. Vulg.*] agentur M 2084 quia allegabantur] quod allegabantur D M 2086
 legendis compositis] legendis positus D M 2089 de huiusmodi] dicit huiusmodi M
 dictum est de] dictum est supra de D M 2091 V.] Io M 2094 ut videtur *om. D M*
 Mat. XV] mat. XVI D 2098 si sic habet] sic habet D M 2101 in regula] et regula M
 2105 personam proposuit *om. M* 2107 posset] poterat D M ius] hus (?) D revo-
 candi] revocando D 2108 necessaria tractanda] necessario retractando M 2109 minis-
 trandum] ministrando D 2100 ad istam causam *add. sec. D M om. G*

D 46 v blico sub cirografo], scilicet Johannem de Husinecz, Magistrum arcium
 Studii Pragensis, virum utique sincerum, sacerdotem et predicatorem
 approbatum ab omnibus²²⁷, ipsum cum caritate et, circumscriptis et invi-
 die stimulis, audientibus et intelligentibus, valentem et acceptantem ad
 2115 agendum et defendendum, et cetera.

Qui, suscepto negocio, predictum Fratrem procuratorem M. cum omni-
 bus sibi adherentibus aggreditur intrepide quoad hoc, prout habetur in
 posicionem ipsius quam fecerat in dicta Universitate anno Domini M^oCCCC^o
 XII^o feria VI^a post Viti contra Bullam papalem quondam Johannis Pape

2120 XXIII de ereccione crucis contra Ladislaum, continentem absoluccionem
 a pena et a culpa, in hiis verbis²²⁸: „Positis indulgenciis papalibus a pena
 et a culpa, ut premittitur, videtur sequi quod Papa posset purgatorium
 destruere. Probatur. Potest Papa quemlibet in agone contritum et con-
 fessum a pena et a culpa absolvere, et cuilibet potest dare illam gratiam

2125 post se in futurum, et non obstat aliquid, nisi forte invidia vel negligencia.
 Det ergo cuilibet in futurum, et, dato illo, nullus venit in purgatorium;
 quo dato, omnes vigilie, misse defunctorum, oblagia, | large elemosine,
 anniversaria, omnia alia suffragia ut commemoraciones perpetue, dota-
 ciones Capellanorum, extrucciones claustrorum et altarium, pro huiusmodi

M 168 r hominibus fierent frustra. Ymmo omnes habentes omnes indulgencias huius-
 modi in litteris, pro agone mortis, sunt ab omnibus Ecclesie iuribus post
 2130 mortem| absoluti: ita quod nullus eorum commissarios poterit licite pro
 vigiliis, pulsu, vel leccione psalterii, vel pro offertorio admonere. Patet,
 quia quilibet eorum post mortem statim evolat ad patriam, et per conse-
 quens non indiget de suffragiis hic iam dictis.

G 64 v Unde vel oportet negare habere potestatem huiusmodi ad dandum sic
 indulgencias, vel incidere in consequens iam deductum”.

VII, 2. Et quia dictus Frater Procurator M., videns quod nihil profi-
 ceret, tandem cum suis complicitibus procuravit ut ad Concilium Constan-
 2140 ciense, quod pro tunc iminebat, citaretur²²⁹ Procurator ipsius V., scilicet
 dictus Magister Johannes, quia dure huiusmodi fictas indulgencias, simo-
 nias, fornicaciones et alias abusiones in clero et in populo valde detes-
 tabatur, contra eas clamans in predicacionibus suis ad multos annos

2111 scilicet] videlicet *D M Husinecz emend. sec. M]* Husincz *G]* Hessinehz *D* 2112
 sacerdotem *add. sec. D M om. G* 2113 et invidie] invidie *D]* inviridice (?) *M* 2114 et
 intelligentibus *om. D* valentem ... et cetera *add. sec. M om. G]* volentem ... et cetera *D*
 2117 quoad hoc *om. D M* 2118 posicione] composicione *D* dicta] predicta *D*
 2119 papalem *om. D M* 2122 premittitur] premitat *D* 2125 aliquid] aliqua *M* 2126
 det] dat *D* nullus venit] nullus veniat *D]* unus veniet *M]* nullus veniet *Hus*
 2127 oblagia] ob oblaia *D* 2129 altarium] aliarum *M* 2130 omnes indulgencias
 huiusmodi] huiusmodi indulgencias *D M sec. Hus* 2131 iuribus] viribus *M sec. Hus*
 2132 ita quod nullus] sic quod nullus *D]* sic quod unus *M* 2133 offertorio] offertorii
M admonere *sec. Hus]* amovere *M* 2134 statim] sancti *M* 2139 ut *om. M* 2140
 quod pro tunc] quidem pro ut *M* 2141 dure] eciam dure *D M*

propter que eciam ab antea ad aliquot annos plures excommunicaciones et maledicciones ab huiusmodi Criminosiſ suscepit²¹⁴⁵.

Qui, tandem citatus, anno Domini M^oCCCC^oXIII^o feria V^a ante Galli iter arripuit eundi ad Conſtanciam²¹⁵¹, non propter punctum purgatorii, ſed ad audiendum de aliis ſibi obiciendis et ad ſtandum melioribus informacionibus ſi in aliquo erraſſet, eciam a quocumque vivente ſecundum legem infallibilem Iheſu Chriſti.

VII, 3. Qui, veniens in Conſtanciam anno Domini quo ſupra et ſabbato poſt Omnium Sanctorum die tertia menſis novembris, poſt hoc die tertia poſt feſtum Katherine de proximo immediate ſequens, a Papa et Cardinalibus ceterisque Episcopis et Clericis, dicto Fratrem et complicibus ſuis procurantibus, capitur et tandem in obſcuro carcere non confeſſus nec auditus nec convinctus per legitimos teſtes dire incarcerabatur²¹⁵², et finaliter, nulla inſtructione legis Dei data nec audiencia publica, ut decuit ſecundum iura conceſſa ſub ſalvoconductu eorum²¹⁵³, ipſum condemnarunt.

Et anno Domini M^oCCCC^oXV ſexta die menſis Julii, hoc erat ſabbato poſt Procopii, ignis voraginibus ab eiſmodi traditur²¹⁵⁴, factus Domino Iheſu Chriſto, pro cuius labore et lege hec ſuſcipit, in odorem ſuavitatis et holo-cauſtum, hoc eſt totum incendium hoc factum, quamvis coram mundi amatoribus odibile et mirum et abiectum habeatur ac male interpretatur, ymmo et maledicitur, non tamen a veris ſapientibus et Deum diligentibus et cauſam rei cognoſcentibus, cum ſciant ſcriptum, Prima Petri IIII^o [*I Pet. II, 19*]: „Hec enim gracia, ſi propter conſcienciam Dei ſuſtinet quiſ triſticiam, paciens iniuſte”. Et ibidem V [*I Pet. IV, 14–15*]: „Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis. Nemo enim veſtrum paciatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor”, et cetera ut exemplariter patebit infra per teſtimonium Concilii Conſtancienſis de Johanne quondam Papa.

Unde ſequitur ibidem [*I Pet. IV, 16, 19*]: „Si autem ut Chriſtianus, non erubescat”. „Jtaque et hii qui paciuntur ſecundum voluntatem Dei, fidei creatori commendent animas ſuas in benefactis”, ut ibi in fine. Ad hoc Mat. V et X et in Jo. in multis capitulis.

VII, 4. Hoc pervenit tandem ad aures V., qui cepit tacitus in ſe cogitare non eſſe mirum quod hec facere auderent in Sanctum Domini, cum

2145 ſuſcepit] ſuſtinuit *D M* 2147 non propter punctum purgatorii *om. D M* 2148 aliis *om. D M* ad ſtandum] de *D M* 2155 tandem *om. D M* 2156 incarcerabatur] incarceratur *D M* 2157 ut decuit *om. D* (*ſpatium vacuum*) 2160 hoc erat] erat hoc *M* 2162 labore] amore *D M* ſuſcipit] ſuſtinuit *D M* 2164 abiectum] odioſum *D M* habeatur] habetur *M* 2165 et maledicitur] maledicitur *M* 2166 rei] Dei *D* 2167 IIII^o] II *D M* 2168 Et ibidem V] ut ibidem II *D*] et ibidem II *M* 2169 paciatur *ſec. Vulg.*] paciatur *M* 2171 infra per] infra *M* concilii] conſilii *M* 2174 Jtaque *ſec. Vulg.*] itaque *D* 2175 commendent *ſec. Vulg.*] commendant *D* 2176 Hoc] hoc factum *D*] *om. M*

2180 communionem sacramentalem calicis sive sanguinis Christi sub forma vini
 ipsiusque institutionem et Ecclesie primitivae praxim, in conclusionibus
 suis ore polluto et blasphemo, quantum in eis est, non verentur dicere
 errorem et communiter heresim, et omnes practicantes huiusmodi ewange-
 licam veritatem velud hereticos condemnare²¹⁸⁵. Et de ista materia dictum
 2185 est in Conclusionibus ipsorum de materia sanguinis²¹⁸⁶.

Et exclamans insuper ad Christum ad quem et predictus magister
 Johannes appellationem interposuit²¹⁸⁷, suspirando dixit: Ecce, Domine,
 quomodo isti „conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores,
 non intelligentes”, ut Prima Thimothei primo [I Tim. I, 6-7], „per quos via
 2190 veritatis blasphematur” [II Pet. II, 2], „magistri mendaces” [II Pet. II, 1],
 D 47 v „in ava-] ricia fictis verbis” negociantes [II Pet. II, 3], „deliciis affluentes,
 in conviviis suis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterii et inces-
 sabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum cum avaricia
 habentes, maledictionis filii: dereliquentes rectam viam erraverunt”
 2195 [II Pet. II, 13-15], „hii sunt fontes sine aqua et nebulae turbidissimae] agi-
 G 65 v tate, quibus caligo tenebrarum reservatur” [II Pet. II, 17], et cetera ut 2^a
 Petri II^o.

Et de isto vide ubi dictum est de Quadruplici missione, quomodo
 duplices sunt doctores²¹⁸⁸.

2200 „Quemadmodum autem Yamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita
 et hii resistunt veritati, homines corrupti, mente reprobis circa fidem, ultra
 non proficiunt: insipientia eorum manifesta erit omnibus sicut et illorum
 fuit”. Secunda Thimothei III^o [II Tim. III, 8-9].

Ut si quis nollet credere, posset saltem pro nunc palpare zelum eorum
 2205 quem habuerunt in electione quondam Johannis XXIII, sicut per se tes-
 tantur in Articulis contra eum compositis et oblatis, propter quos et ipsum,
 quem a modico tempore ante Deum in terris et sanctissimum appellaverunt,
 deposuerunt, ut dicunt, tamquam „pauperum oppressorem, iusticie perse-
 cutorem, columnam iniquorum, statuum symoniacorum, carnis cultorem,
 2210 fecem viciorum et a virtutibus peregrinum, de toto somno et aliis carnalibus
 desideriis deditum, vite et moribus Christi in toto contrarium, insanie specu-
 lum et omnium maliciarum profundum adinventorem, adeo et in tantum
 Ecclesiam Dei scandalisantem quod inter Christi fideles vitam et mores
 eius cognoscentes vulgariter dicitur dyabolus incarnatus et vas omnium

2179 sive] et D M 2180 esse om. D 2181 ipsius] apius (?) D 2185 ipsorum om. D
 2186 insuper] et insuper M et predictus] predictus D M 2187 Johannes] Johannes
 procurator suus D M suspirando] et suspirando D M 2189 primo om. D 2192 inces-
 sabilis] incessabilis sec. Vulg. D M 2196 et cetera om. D 2201 resistunt sec. Vulg.]
 restiterunt D M ultra] sed ultra sec. Vulg. D M 2207 a modico] admodico M
 2208 ut dicunt] ut dicant M 2210 et a virtutibus] virtutibus M somno] sompnum
 M 2211 vite] fide D in toto] toto D insanie] infamie sec. Hardt 2212 adinventorem]
 et inventorem D 2214 eius] suos D M

peccatorum", ut taceam de aliis de quibus in Articulis et precipue in VI^o 2215
 et VII^o contra ipsum oblati²³⁹, de quibus vide ubi dictum est de usuris²⁴⁰.
 Rogo, quis plus peccavit? Magistrum Johannem, de quo supra, predicator-
 tem contra symoniam et alia eorum vicia, ut supra tactum est, et secun-
 dum legem Christi| informari volentem, condemnarunt. Et Patrem eorum M 169
 sanctissimum, nec tamen ab ipsis habentem bonum testimonium, depo- 2220
 suerunt et quasi meretricem apokalipticam denudaverunt, carnes eius
 tribulacionum et incarcerationum²⁴¹ igne concremantes: non tamen legi-
 tur, sive in articulis invenitur quod ewangelium ita directe condemnasset
 et hereticasset sicut et ipsi fecerunt in condemnando ewangelicum punc-
 tum de communione calicis, ut supra, quasi Barrabas latro dimitteretur²⁴²". 2225
 Scitote tamen quod „nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum
 suum| tetendit et paravit illum", ut in psalmo [Ps. VII, 13]. „Ecce enim
 venit cum nubibus et videbit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt",
 Apoka. primo [Apoc. I, 7]. Ipse etenim dixit, Zacharie XI [Zac. XII, 10]:
 „Et aspicient me quem confixerunt", et cetera. 2230

„Populus autem sciens Deum suum obtinebit et faciet" [Dan. XI, 32]
 voluntatem eius| non solum in puncto isto ewangelico, se in qualibet
 veritate a spiritu Dei cognita et intellecta usque ad minutissimum apicem
 ad honorem ipsius qui est probans suos „quasi aurum quod per ignem
 transit", Job XXIII^o [Job XXIII, 10], ut, sicut dicitur Prima Petri 2235
 primo [I Pet. I, 7] „probaccio fidei multo preciosior sit auro, quod per
 ignem probatur, inveniatur in laudem, gloriam et honorem, in revelaccio-
 nem Ihesu Christi", et cetera.] M=finis

Philosophus primo ethicorum capitulo XV inquit²⁴³: „Si aliquid ex hiis,
 quo hic aguntur, ad eos, qui hic defecerunt hoc est qui mortui sunt, redundat, 2240
 sive bonum sive malum, erit quidem fragile et parum sive parvum vel simpli-
 citer nihil quantum ad ipsos. Si autem hoc ita est, non erit tantum tale, ut
 faciat felices eos, qui non sunt, neque hiis, qui sunt, auferat beatitudinem".

Et sequitur: „Bona amicorum, que agunt vel eis accidunt, conferre
 videntur aliquid mortuis et similiter infortunia in eos redundare, tamen 2245
 sub tali modo et tanta quantitate, ut neque felices faciant non felices neque
 non felices faciant felices, neque mutant eos secundum aliquid talium",
 puta secundum sapienciam et virtutem vel aliquid huius. Et dicit Glossa
 super illo „fragile" quia nihil est fragilius eo quod in sola opinione homi-
 num consistit. Et tantum de illo, et cetera.

2217 Rogo ... supra om. D 2219 Christi] Ihesu Christi D M 2226 vibravit] vun-
 rabit M 2228 pupugerunt] pupugerant M 2229 XI] XII D M 2232 voluntatem
 eius] voluntatem eius. Et sic finis de purgatorio D non solum ... in Floreto t. Mors
 om. D 2233 veritate] virtute M 2238 Christi et cetera] Christi. Et tantum de primo
 genere reliquiarum. Est secundum genus reliquiarum scilicet verbum Dei de venera-
 cione cuius vide in Punctis ubi dictum est quomodo verbum Dei dimittit peccata post
 Augustinum I q I Interrogo. Et tertium genus reliquiarum est sacramentum Eucharis-
 tie ... (et hic Magister Nicolaus transit ad terciam partem tractatus De reliquiis: De ima-
 ginibus) M 2239 Philosophus primo ... in Floreto t. Mors om. M et D ut supra dictum est.

Nota²⁴⁴. Quidam Abbas cluniacensis anno Domini CIOXXXIII [1024] instituit missam defunctorum in crastino Omnium Sanctorum. Hec in Floreto t. Mors.

„DE PURGATORIO“: NOTE MARGINALI AL TESTO NEL MS. III G 8

(Per le singole note si richiama il testo del *Dialogo*)

- f. 36 v Sic secundum gregorium in dyalogorum ...
Nota: non negatur
- f. 37 r et via fera que ducit
Nota: vera
- f. 37 r Ab aliis autem non solum tristega
Nota: infernus etc.
- f. 37 v Tertium receptaculum dicunt esse
Nota: purgatorius locus ubi
- f. 37 v De signis et miraculis (*om.*) Quartum dicunt
Nota: (*al posto di om.*): et
- f. 38 r Nota (*in margine superiore*): dyalogus inter^v_m de purgatorio
- f. 38 r ex parte tristega domus
Nota: pro et contra purgatorium
- f. 37 v Quis enim scit quem XXX misse
Nota: 30 misse pro mortuis unde recepte
- f. 39 r per ihesum Xstum facta est
Nota *add.*: etc.
- f. 39 v fridanco glocken clank ... ghescer
Nota: Phridancus erat opifex huius et sicarius (?)
- f. 41 v ponitur sinus abrahe etc.
Nota: Sinus abrahe etc.
- f. 43 r et presencias multas recepit
Nota: pecunias
- f. 43 v Nota (*in alto a sinistra*): In suplemento Cronicarum folio 213
scribitur quod Johannes IX instituit ut per universam ecclesiam
post omnium sanctorum
- f. 43 v Patet ut legitur in Cronicis
Nota: memoria defunctorum quando instituta
- f. 43 r exeque enim ut decet
Nota: exeque nocent
- f. 43 r Ad quid enim valet multiplicacio
Nota: exeque inutiles ex multis (-)
- f. 43 r Plenum est enim
Nota: Job verba in vigiliis non sunt ad proprium exequiarum
- f. 44 v Nota: pompa funeris

- f. 45 r Nota: exequie laudabiles
 f. 45 v Nota: donec
 f. 46 r Nota: tophet = infernus
 f. 46 v Nota: peccata dimittit Christus in terra
 f. 47 v Nota: neque hic neque in futuro
 f. 47 v Nota: errare quid est
 Conclusio universitatis pragensis
 f. 48 v Nota: articulus a contrario sensu
 f. 51 v Nota: de penitencia fructuosa
 f. 51 v respondet tunc paulus
 Nota: notabile multum
 f. 54 v Nota: prodigus
 f. 55 r Nota (*in alto*): g glossa
 f. 55 r et ego exaudiam eum
 Nota: g. ad nutum et dicens populus meus eos et ipse dicet dominus meus g. qua etc.
 f. 55 v Nota: ignis probabit
 f. 58 r et de duabus viis et tristega domo
 Nota: via etc.
 f. 58 v Nota: diferencia (?)
 f. 60 r Nota: suffragia ecclesie cuius prosunt
 f. 60 v Nota: et tribus lapidibus goliath prostatus
 f. 61 r Nota (*in alto*): deus solus delet iniquitates
 f. 61 v Nota: optime (?)
 f. 62 r Nota: ecclesia dormiens
 f. 63 r Nota: Ponens
 f. 63 r Nota: suffragium dormientibus etc.
 f. 64 r Nota: magister hus
 f. 65 v Nota: Johannes papa 23
 f. 66 r Nota (*vedi nel testo*)

NOTE DI COMMENTO

Non si danno qui i riferimenti alla *Bibbia* e al *Corpus iuris canonici* già aggiunti con indicazioni tra parentesi al testo. Le postille di Nicola, le glosse ordinarie e interlineari alla *Bibbia*, le glosse al *Corpus iuris canonici* sono omesse in quanto già evidenti e chiare nel contesto del discorso di Nicola e si rimanda agli elenchi finali. Le parti che Nicola ha tratte dal *Dixit Martha* di Hus sono indicate con riferimento all'edizione di Anežka Schmidtová, M. J. Hus, *Positiones, Recommendationes, Sermones*, Praga 1958, pp. 157-177 (note critiche, pp. 177-178; presentazione, pp. 240-242), da me citata „Hus” a cui segue il numero della pagina. Non si tiene conto dei testi di Wyclif da cui Hus ha preso molto per il suo Sermone *Dixit Martha* (si tratta dei Sermoni *Dixit Martha* e *Omne quod dat* segnalati già da Loserth e Sedláč e ripresi dalla Schmidtová, a cui aggiungo il capitolo XXVII del Libro II del *De civili dominio* di Wyclif).

¹ „Circa petitionem ... vite inclusive”: adattamento della *Glossa* di Nicola da Lira a I Jo. V, 16-17.

² Pseudo-Crisostomo, *Opus imperfectum in Mat.*, Om. XXXIV a Mat. XX (P G LVI, 817; ed. Basilea II, 969). Nicola Biskupec di Pelhřimov riprenderà la citazione nella *Confessio Taboritarum* (d'ora in poi: *C. T.*), al cap. 16, in un contesto simile.

³ „Denique nec prophete ... esset sanctus”, Hus, 172.

⁴ Cf. Hus. 173.

⁵ „Unde sancti ... pervenirent”, cf. Hus, 177.

⁶ „Quis enim ignorat ... docuerunt”, Hus, 169.

⁷ Pseudo-Agostino, *Sermo XLIV ad fratres in eremo* (PL XL, 1321 e 1320; ed. Bassano, XVII, 2131). Parzialmente lo citeranno pure Rokycana, *De septem culpis* (d'ora in poi: Rokycana), ms. D 88 della Biblioteca Capit. di Praga, f. 212 r, e la *C. T.*, cap. 34.

⁸ „in dyalogorum capitulo ultimo ... hostias ymolare” Hus, 166. Il passo di Gregorio (*Dialog.* I. IV, c. 59, P L LXXVII, 429) è in Hus, oltre che nel *Dixit Martha* anche nel *Super IV Sent.*, p. 717, e già in Wyclif, per esempio nel *De civili dominio* (IV, p. 645), in un contesto simile. Ed è un po' prima di questo punto (sempre sul purgatorio) che Wyclif scrive (IV, p. 642): „Item esto quod ista Ecclesia militans non credat explicite quod nunc sit purgatorium, cum non videtur aliquis articulorum fidei”. Nella *C. T.* il passo di Gregorio è al cap. 16.

⁹ „quia nemo recipit ... meruit in hac vita”, Hus, 165; „est status meritorius ... status merendi”, cf. Hus, 165. Cf. pure Hus, „Sermo in die animarum del 2 novembre 1410”, *Sermones in Bethlehem*, I, p. 28. La tesi era sostenuta da Hus già nel *Super IV Sent.* del 1409 (pp. 716–717), e nel *Dixit Martha* leggiamo „Solus status viacionis est status meritorius premi beatitudinis sic merenti, ... Ex quo patet quod suffragantur sancti in purgatorio homini proporcionaliter, ut meruit hic in via, quia solus hic est locus merendi” (p. 165). La dottrina è riferita a Pietro Lombardo (*Sententiarum* IV, di. 45, P L CXCI, 949). Nell'edizione del *Dixit Martha* della Schmidtová non viene indicato che il testo sopra citato e quello che segue sono la trascrizione delle argomentazioni di Wyclif sullo stesso tema nel *De civili dominio*, l. III, cap. XXVII (IV, 637–638) con qualche aggiunta o piccola variante. Hus dipende comunque da Wyclif nel lungo brano del *Dixit Martha* „Nunc restat ponere, quibus defunctis ... ad accelerationem glorie” (pp. 163–168), che suggerisco di confrontare col *De civili dominio*, IV, pp. 632–638, 645.

Simili dottrine si trovano già tra i Valdesi secondo la testimonianza tra l'altro del *Liber contra Waldenses* di Bernardo di Fontcaude (1190–1192) in P L CCIV, 832: „Ad hoc sciendum has auctoritates hoc innuere, quod post mortem nullus potest comparare sibi aliquod meritum”.

¹⁰ „illud Apostoli ... metet vitam eternam”, Hus, 163–164.

¹¹ „Patet eciam per Gregorium ... quo tu properas”, Hus, 165. Già i Valdesi avevano radicalizzato la negazione della dottrina del purgatorio, secondo l'Anonimo di Passau: „Purgatorium negat dicentes tantum duas vias, unam electorum ad celum, et damnatorum ad infernum; Ecc. (*Eccle.* XI, 3): Lignum quocumque ceciderit ibi erit” (da *Quellen zur Geschichte der Waldenser*, p. 101). Nicola di Cerruc riprende da Hus le citazioni e la conclusione di Gregorio (P L LXXVII, 396) aggiungendo altre due „autorità”. La fortuna del passo di Gregorio è nota: lo troviamo in Wyclif, *De civili dominio*, cap. 27 del Libro III (IV, 637) da cui ha preso Hus (*Dixit Martha*, p. 165) citando il cap. 41 del Libro IV dei *Dialoghi di Gregorio* (P L LXXVII, 400) come Wyclif (si tratta invece del cap. 39). Nicola prende da Hus aggiungendo *Eccle.* XI, 3 e *Jo.* V, 24. Nicola Biskupec di Pelhřimov nella *C. T.* rielabora la citazione presa dal contesto di Nicola di Cerruc (ed. Lydius, p. 64; ed. Molnár in ceco, p. 11), ripete l'errore del riferimento al cap. 41 anziché al 39, attribuisce a Gregorio le citazioni *Jo.* V, 24 ed *Eccle.* XI, 3, aggiungendo *Apoc.* XIV, 12–14 ed *Eccle.* XIV, 17–18, tralasciando *Jo.* XII, 35 e *Is.* XLIX, 8. — Nel testo valdese del *Purgatori soyma* (ms. di Ginevra 208) al f. 1r entrano, attribuite alla citazione di Gregorio, tutte le „autorità” che leggiamo